mediam hostium aciem prorupit: & acriter dimiccās multos cecidit: perturbatisque
aduersis ordinibus: in media ea turba solus cōstitit. Ibi emissis undiq; iaculis & in cly-
peum: & in galeam: nihil offendebar: armis eum tuentibus: Sed in brachio dex-
tro confixus: uulneris asperitatem haud poterat ferre: paulum que aberat: ut de-
ueniret in Hostium manus: cum Syracusani pro duce suo seruando solliciti: fa-
cto uehementiori impetu in hostem: & Dionem periculo eripuerunt: & illum ad fu-
giendam compulerunt. Itidem & ad aliam muri partem superiores oppidani per-
sequuti sunt Dionysii milites usq; ad portas insulæ. Cum uictoriam hanc claris-
simam: & per eam stabilitam libertatem Syracusani obtinuissent: Trophæum in
Tyranni exprobatorem erexerūt. Dionysius uero ab eo: quod sperarat: uidens se
decidisse: iamq; regni recuperandi animum despondens: ualidis præsidis arces fir-
mauit: impetratisq; suorum cadaueribus: quæ erant octingenta: honorifice ea se-
peliri curauit: aureis coronis: & purpureis uestibus adornata: sperabat enim huius-
modi officio: aliis animos auctumiri ad subeunda discrimina pro eius Tyranni-
de. Magnis etiam muneribus eos: qui strenue pugnauerant: prosequutus est: &
ad syracusanos misit: qui agerent de pace. Sed Dion excusationibus uariis: le-
gatos distinebat: donec absoluta sine impedimento muri parte: quæ deerat: ea-
dem arte hostem ludificatus: qua ipse deceptus fuerat introductis legatis cum de
pace uerba habuissent: respondit unicam esse pacis uiam: si deposita Tyranni-
de contentus sit honoribus certis. Id cum Dionysio renunciatum esset: duces su-
os cōsuluit Tyrannus: qua uia syracusanos tam superbe respondentes posset ul-
cisci. Post modum cum omnibus rebus: præter quam frumento: abundaret: ma-
ritimisq; uiribus præstaret: hostilem agrum populatus est: diuisisq; inter suos fru-
mentis illis prædatitiis: misit onerarias naues cum pecunia ad comparandos com-
meatus. Syracusani haud multas habebant longas naues: sed in locis: quæ oppor-
tuna nouerāt: occurrētes: magnā uim frugū emparum: quæ deuehebatur: abstule-
runt. DVM uero hæc syracusis gererentur: in Græcia Alexander Pharis Tyrā-
nus fraude uxoris Thebes: & fratrum eius Lycophronis & Tisiphoni interfectus
est: qua ex re nō mediocrem gratiam tanquā Tyrānicidæ primo adepti sūt. Postea

Pugna
atrox

Pharai
Tyranni

Aleuada:

Demophilus

Calistenes
Diyllus.
Annus. V.
Brutorum
prigo.

Philisti ex
peditio in
Siciliam

immutati animo muneribus sibi milites conciliarunt: nec Tyrannos seiplos dissimulabant. Sublatis enim uero e medio: qui eorum uoluntati retinebantur: & confirmatis multum uiribus suis: principatum apprehenderant. Erant ea tempestate in Thessalia magni nominis: ac nobilitatis summa: qui nuncupabantur Aleuada. Hi Tyrannos eos comprimere conati: cum per se haud sufficerent: Macedoniae regem Philippum inuocauerunt: qui in Thessaliam profectus. Tyrannis deuictis: pristina uribus libertate reddita: eam sibi Thessalorum beniuolentiam comparauit: ut ipse ac filius Alexander in uariis bellis eos auxiliares habuerint. In his autem qui historias conscripserunt: Demophilus Ephori filius: belli quod sacrum uocarunt: & in annos undecim: donec sceleris illius participes extincti essent: dilatum est: narrationem omnissimam a patre: suscepit ab eo tempore: quo Delphici oraculi Templum & occupatum: & direptum est a phocensi Philomelo. Sed hucusque tantum peruenit Callisthenes decem libris: quos de graecorum rebus scripsit. Rursus inde Atheniensis Diyllus libros uiginti septem auspicatus est quis & graeciae & siciliae facta recensentur. IAM Principatum Athenis Elpinus: & consulatum Romae iniuerant. M. Popilius Lenas. & C. Manlius imperiosus: coeperatque centesima & sexta Olympias: cum uictor in stadio fuisset Malienis Porus. Eo tempore in Italia circa Lucaniam Coluuius quaedam hominum: omnium ferme fugitiuorum: e locis uariis in unum confluxit: passimque primo latrocinabatur: dein & excubias agendo: & incursionibus crebris: aliisque exercitationibus: coepit assuefacere se ad militares ordines seruando. Itaque iusta acie: cum eorum locorum cultoribus congressi semper uictores euadebant: auctisque uiribus ad urbium oppugnationem conuersi: Terinam oppidum captum diripuerunt: postea in ditionem suam reductis Arponio: Thuriis & aliis aliquot urbibus sibi suam Rempublicam instituerunt: uocati que sunt indigena appellatione brutii: quod eorum plerique omnes fugitiui serui: gens nimirum bruta: essent. Huiusmodi originem habuit is Italiae populus. AT Philistus Dionysii praefectus Rhegium transiens illinc syracusas quingentos equites. traiecit: adsumptisque ibi pluribus aliis & peditatu duum millium: in Leontinos: qui & ipsi a Dionysio descuerant: se conuertit: ac noctu moenibus superatis: cum partem urbis occupasset: consertis atrociter manibus: praecipue syracusanorum uiribus: qui Leontinis uenerant auxilio: illinc eiectus est. Interea Chariclides: quem Dion in Peloponneso cum nauibus longis reliquerat: impeditus ante tempestatibus: ne potuerit in tempore liberationi Syracusarum adesse: uenit cum longis nauibus uiginti: mille & quingentis militibus. Cunctis uir plurimum uirtute excelleret: uidereturque tantae rei maxime idoneus praefectus est Syracusanorum omnibus maritimis copiis: ut communi consilio eius & Dionis gereretur bellum contra Dionysium. Et iam Philistus: instructa classe triremium sexaginta: ad nauale praedium excibat syracusanos: haud multum ei: nauium numero: cedentes. Pugnatum est utrinque summis uiribus: inclinabatque primo uictoriae spes ad Philistum ob egregiam eius fortitudinem. Sed a suis tandem derelictum: undique syracusani eum praementes: ut uinum caperent: laborabant. Sed Philistus: ut uitaret: quae plerumque in captiuos committi solent: sibi mortem conscivit: ut uir integerrima fidei: & qui magno usui fuerat Tyrannis: donec uixit. Huius cadaver discerptum syracusani per urbem traxerunt: abieceruntque in sepulchrum. Dionysius: amisso tantae experientiae Duce: cum alium: qui bello administrando par esset: non

esset: non haberet: nec per se idem posset. legatos ad Dionem misit: qui ei primo di-
 midium imperii sui: deinde & totum obtulerunt. His a Dione responsum est: uti
 Rex arcem populo dederat: impetraturus ea eo munera & honores. Nec Dionysius
 eam conditionem reiciebat: dum tamen praesidium & opes: quas in ea haberet: in Ita-
 liam tuto posset transferre. Approbabat id totum Dion: hortabaturque populum ad
 subeunda ea pacta. Verum: concionantibus quibusdam in contrarium: noluit Dio-
 ni assentiri populus: sperans ut se illud assequaturum. Sed enim Dionysius ualido
 praesidio firmata arce: Thesauros & omnem regiam suppellectilem: nauibus clancu-
 lum impositam: in Italiam transtulit: & in urbe seditiones erumpere coeperunt. Erant
 qui summam rerum Chariclidi censerent demandandam: quod is homo ad tyrannidem
 nunquam uideretur aspiraturus. Alii uero praefici debere omnibus Dionem
 asseuerabant. Accessit ad alia incommoda. quod mercennarii milites: qui uenerant
 e Peloponneso ad Syracusarum liberationem: cum stipendia multa eis deberentur:
 nec solutioni: ob indigentiam: satisfieri posset: plures tribus millibus: omnesque spe-
 ctatæ uirtutis: & qui multa in bellicis rebus exercitatione longe omnibus Syracusa-
 nis fortitudine praestarent: discesserunt: adhortari prius Dionem ut secum & ipse re-
 cederet: ulciscereturque secum communes iniurias a Syracusanis acceptas. Denegaue-
 rat primo id se facturum Dion. Verum paulopost: ardente urbe seditionibus com-
 pulsus est recipere se ad externos milites abeunteis: simulque iter faciebant ad Leon-
 tinos: cum Syracusani: inflammati odio: eos persequi coeperunt: & in ipso itinere facta
 dimicatione: cum multos e suis amisissent: se retraxerunt. Nec Dion ex ea uictoria
 sustinuit: ut odium contra ingratisimos ciues exerceret: missis enim uero ad se:
 qui defunctorum corpora ad sepulturam peterent: benigne indulgit: captiuosque mul-
 tos: citra redemptionem: liberos dimisit. Multi etiam: ex praelio cum in fuga in-
 terfici potuissent quia tamen uerbis ostentabant se esse Dionis partium: ab eo-
 rum caede temperatum. est. Dionysius tunc temporis: cum Neapolitanum Ny-
 psium: uirum & prudentiae & fortitudinis egregiae: Ducem elegisset: ei: ut Syra-
 cusas contenderet: iniunxit: deditque aliquot onerarias naues ad com meatus deue-
 hendos. Ille igitur e Locris Syracusas uersus discesserat. lisdem diebus: cum diu-
 tius praesidia a Dionysio arce imposita: panis & aliorum necessariorum inopiam
 summa constantia tolerauissent: tandem premente necessitate: ad salutem prospe-
 ciendam conuersi omnes: nocte simul habitis consiliis: decreuerunt: sequenti die
 & arcem & semetipsos Syracusanis dedere. Iamque primo diluculo ibant ab arce
 ad populum: qui deditionem paciscerentur: cum Nypsius conspectus est: classem
 circa Arethusam in portum appellans: ex cuius aduentu ab inopia recreati: summa
 rerum omnium abundantia affluere coeperunt: Eo modo arx ferme alienata: ex in-
 sperato: confirmata est: cum praecipue Nypsius milites: qui arcem tuebantur: in
 concionem euocatos: oratione temporis accommodata: plurimum ad futura om-
 nia toleranda animauerit. Syracusani tunc instructis triremibus hosti obuiam
 egressi: cum ille in concionem totus conuersus esset: incursione subita ingentem tu-
 multum excitarunt: quo uehementer perturbati sunt: qui primi impetum debebant
 excipere. Itaque praelio conferto. Syracusani hostiles aliquot naues demerserunt:
 nonnullis potiti: reliquas in fugam conuerterunt. Ex ea uictoria multum elati. Deis
 primum sacrificia amplissima reddiderunt: ipsi dein ad conuiuia & ingurgitatio-

Dionis mo-
destia:

Nyphias

nes conuersi: nullam habebant excubiarum curam: utpote contra hostes: quos uictos nihili facerent. Interim Nypsius acriter intentus: ut acceptam cladem ulcisceretur: copii nocte expeditis: inscendit ipse furtim oppositas munitiones: ibiq; in temulentiam & somnum reuolutos uigiles offendit. Nō cunctatus scalas ad id factas applicat: per quas strenuissimi aliquot superato muro: trucidatis insidiis cum portas reserassent: introductus est totus exercitus in urbem. Syracusani: qui in subsidium accurrebant: cum omne eorum robur uino langueret: uel trucidabant: uel fugam statim arripiebant. Eodem tempore & qui erant in arce: cum omnia incustodita essent: intra munitiones penetrarunt. In oppidanos subito casu consternatos & incompósitos multa cædes cōmittebatur. Intrauerant cum Nypsio plures decemmillibus acie ordinata: ut in urbe nullus eorum impetū posset sustinere: quippe cum i ea quispiam ducis officio non fugeretur. Iamq; occupato foro in domos irruebant: diripiebanturq; passim opus. Fœminæ: pueri: serui: captiui ducebantur. Refugerant uiri in angiportus & uias quasdam: ubi continuis dimicationibus decertabāt: sed cum magno eorum detrimento: cum multi interficerentur: alia autem grauissima subirent uulnera. Et noctu hæc quidem omnia: uti fors in tenebris obtulerat: utrinq; cōmittebatur: nunquāq; apparuit: quanta hominum strages ubiq; facta esset: nisi demum die adueniente. Tunc Syracusani animaduertentes unicam salutis spem in Dione esse miserunt equites aliquot in Leontinos ad eum: orantes ne in seruitutem redactā patriam ueller destituere: utq; iniuriam: quas ei intulissent: sibi ueniam indulgens: patriæ calamitatem miseratus ad eam subleuandam festinaret. Dion ut qui animi magnitudine: & ex philosophiæ studiis sedatum sensum haberet: nihil indignationis in ciues suos retinuit: sed repente milites suos adhortatus duxit Syracusas: cunq; ad Hexapyla peruenisset: ibi structis ordinibus progredi cœpit. Tunc obuiam facta sunt ei ferme decemmillia mulierum: puerorū: & senū ab urbe fugientium. Hi omnes multis lachrymis sortem suam Dioni cōmendabant. Eo tempore hostes: qui ex arce descenderant: domibus: quæ circa forum erant: post direptionem iniecto etiam igne: ad ulteriores occupandas se conuerterant: totiq; in illo erant: cum locis pluribus facto agmine: Dion in urbem irrumpens: occupatos in auferendis raptis rebus: incompósitos: & subito eius aduentu perterritos passim trucidat: & in domibus: & in uis: prout se ei offerebant: pluresq; iam quatuor millibus cæsi erant: cum reliqui fuga celeriter in arcē se recipientes: obstructis portis: imminētē cladē euitarunt. Id facinus celeberrimum omnium: quæ prius a se gesta erant: cum Dion peregisset: curauit: ut incēdia quibus multæ domus ardebant: coercerentur: utiq; reficerentur munitiones: ne ab arce hosti in urbem aditus pateret. Expurgatis deniq; omnibus locis: ubi cadauerum acerui iacebant: Trophæum erexit. Et Deis: quorū ope patriam seruasset: sacrificia exoluit. Populus uero: ut gratitudinē suam in Dionem ostenderet: eum Imperatorem delegit: decreuitq; ei honores diuinos. Ille tunc: ut eodem tenore ubiq; se magnanimum ostenderet: eis: qui inimico animo in se deliquerant: clemēter ueniam indulgit: populumq; uniuersum ad concordiam seruandam exhortatus est: unde plurimum charitatis & commendationis apud suos ciues ueluti unicus patriæ seruator: & cui ex maximis beneficiis multum deberetur: consequutus est. CVM uero Sicilia res i huiusmodi statu essent: in Græcia Chii: Rhodii: Byzantii & Coibel lo Sociali cum Atheniensibus contendentes: summo studio se instruebant: ut exitum

Insigne
Dionis facinus

Belli Socialis apparatus: & finis

exitum rei nauali po
tionem Chareta cu
finis uiris ea tempo
eti contra hostes: co
nor gentium mirib
non Atheniensium
omnibus: urbem &
ensum diripuerant
nienfium Duces: po
to profecti sunt: qu
nerantq; omnes co
lium: cum subito m
hilominus conflige
ra tempestate sequi
aduocato: collegas
prælio confert do d
eos iudicium habui
tis: & reuocati a bell
piens laborabat: mu
le lacinus agressus e
cum illius præfectis
exiguas haberet cop
stes superauit. Hu
munera dedit Cher
bus ea res initio ueh
qui de Charete con
rentur: Regem da
uerita ciuitas decre
apace: facile illud f
nos durauit: finis e
rici: Paxonom: & T
ctas haberent: iniue
dem anteactis anni
tabant se illud facili
gunt: ac reliquo be
litq; in ius Macedon
Romæ consules fu
uocauerunt: uiguitq;
& improbiratis extr
Postquam Lacedæ
ur ingentē soluerent
bē Cadmeā. Iudē &
depopulati fuerant: p
exoluentibus: agitati

exitum rei nauali pugna experirentur. Itidē Athenienses: cum prius ad eam expedi-
tionem Chareta cum nauibus sexaginta misissent: tūc Iphicrati & Timotheo claris-
simis uiris ea tempestate in populo Atheniensi totidem dederunt naues: ut profe-
cti contra hostes: communi consilio cum Charete rem gererent. Iunctis autem qua-
tuor gentium uiribus: illi habebant centum nauium Classē: qua Imbrum & Lem-
non Atheniensium insulas depopulati: in Samon demum innaserāt: uastatisq; agris
omnibus: urbem & mari & terra oppugabant. Complures autem insulas Atheni-
ensium diripuerant: coactaq; inde ingenti praeda: oneribus belli sufficiebant. Athe-
niensium Duces: postquam in unum uenerunt: ad oppugnandum Byzantium subi-
to profecti sunt: qua ex re hostes: ut sociis succurrerent: a Samo auersi sunt: conue-
nerantq; omnes copiae in Helespontum: expediebantq; se utrinq; ad nauale prae-
lium: cum subito magna uentorum uis coortata dimicationem prohibuit. Et cum ni-
hilominus configere Chares deliberaret: Iphicratis & Timothei copiae eum in tan-
ta tempestate sequi noluerunt. Tum Chares: militum testimonio in praesentem rem
aduocato: collegas prodicionis insinulauit: populoq; Atheniensi eos: quod se in
praelio conferēdo deseruissent: per litteras detulit: Ille plurimum cōmotus aduersus
eos iudicium habuit. Condemnati sunt Iphicrates & Thimotheus talentis mul-
tis: & reuocati a belli administratione: itaq; Chares omnium rerū curam solus susci-
piens laborabat: multum: ut impendiis belli Rempub. suam leuaret: & praiceps ta-
le facinus aggressus est. Artabazus qui a Rege defecerat: compellebatur configere
cum illius praefectis: quorū exercitus erat septuaginta millium hominum. Is: cum
exiguas haberet copias: Charetis auxilium implorauit: qui totis uiribus accedens ho-
stes superauit. Huic tanto beneficio parem gratiam relaturus: Artabazus magna
munera dedit Chereti: ut facile inde posset exercitum suum sustentare. Atheniensi-
bus ea res initio uehementer placuit: Sed Athenas a Rege superuenientibus legatis
qui de Charete conquerebantur: animi multum immutati sunt: cum rumores iacta-
rentur: Regem daturum nauium trecentarum auxilia Atheniensium hostibus. Id
uerita ciuitas decreuit componere cum sociis bellum: cunq; illi non abhorrent
a pace: facile illud factum est: taliq; causa bello: quod sociale nuncupatum tres an-
nos durauit: finis est impositus. SED enim prope Macedoniam tres Reges Illy-
rici: Pæonum: & Thracum: cum in uicino Philippi Regis res inde crescentes: susce-
ptas haberent: iniuerunt consilia de eo: coniunctis uiribus opprimendo: quandoqui-
dem anteactis annis: ipsorum quilibet separatim ab eodem uictus fuerat: nec dubi-
tabant se illud facile facturos. Verum Philippus imparatos adhuc: dum copias co-
gunt: ac reliquo belli apparatui se accingunt: de improviso adortus superat: compel-
litq; in ius Macedonū. IN sequenti anno: quo Athenis Callistratus imperauit: &
Romæ consules fuerunt, M. Fabius, & C. Plotius: exortum est bellū: quod sacrum
uocauerunt: uiguitq; ad nouem annos: Philomelus enim uero Phocensis: cōfidentiae
& improbiratis extremæ uir: occupauit delphicū Templum ob huiusmodi causam.
Postquam Lacedæmonii pugna illa nobili Leuctrica a Thebanis deuicti sunt: eis dē
ut ingentē soluerent pecuniā: in Amphictyonū iudicio sunt dānati: ob occupatā ur-
bē Cadmeā. Itidē & Phocenses: qđ magnā partē Cirrhei agri: qui Apollini est sacer:
depopulati fuerant: pluriū talētoꝝ condēnationem subiuerūt. Sed neutris multā
exoluentibus: agitatū ē rursus de eis iter Amphictyonas: & priō de Phocēsi per-

Conspira-
tio in Phi-
lippum

Annus. VI

uicacia. Fuerunt qui censerēt: ni Deo pecunia indicata persolueret: uti Phocēsum agri cōsacrarent: & iuris diuini fieret. Pariter dictū ē: alios omneis Amphictyonum dicto audiētes eē oportere (ide autē Lacedæmonii notabant) qui min⁹ id fecisset: eos uniuersæ Græciæ indignationē mereri. Hæc sententia cū ab oībus comprobata esset: uidereturq; imminere: ut Regio Phocensis Deo addiceretur: Philomelus aut oritatis summæ apud populares suos: eos longa oratione docuit: grauissimā mulctam haud quāq; persolui posse: rursus omnium ipsorum agros consecrari: non tantum turpe: sed etiam periculosum esse: quod unde uictum haberent: eis auferetur: summaq; iniuria id ab Amphictyonibus factum esse: cum ex pusilla regione uastata: maxima summa damnati sint. Proinde consulebat: iudicium tam iniquum uti rescinderent: nec eis defuturas rationes contra Amphictyonas: qd' antiquitus Oraculi locus iuris & potestatis Phocensium fuerit: in cuius rei testimonium antiquissimum iuxta

Homerus

» Phocenses Schedius ducunt: & epistrophus. Illi
» Saxosam Pythona tenent: simul & Cyparission.

Philomeli
uis sacile
ga

Et ideo oportere acriter eniti: ut locus: qui patrius esset: uendicaretur. Promisit dein: si tanto negotio se se uellent præficere: ut plenum ius imperiumq; haberet: se bona diligentia curaturum: ut imminens infortunium ab eis auerteretur: nec illi: urgente metu pœnæ in eos dictæ: cunctati sunt: qui Imperatorem eum deligeret. Tūc Philomelus: utq; promiserat re præstaret: initio statim Spartam se contulit: secretosq; cum rege Archidamo sermones habuit: nō minus ei: quam sibi laborandum esse: ut Amphictyonū iudicationes irritæ redderetur: cum & in ipsos Lacedæmonios grauem & iniquā ualde sententiam dixerint: se quidem ideo Delphos inuadere decreuisse: quibus cum esset potitus: Amphictyonum decreta uellet rescindere. Ad hæc Archidamus respondit: manifesta in præsens auxilia se ei non daturum: sed clanculum & stipendio & militibus eum iuuando: rei cceptæ nō defuturæ esse. Acceptis igit' ab eo quindecim talentis Philomelus simul & sua pecunia: mercennarios milites conduxit. Ex Phocensibus autem mille uiros delegit: quos iaculatores nuncupabat: magnosq; militum numero coacto: Oraculum inuasit: Thracidas: gentem in Delphis: sibi obsistentes: cum magna cæde repulit. Eorum bona passim concessit: diripienda. Cæteros eius loci habitatores perterritos adhortatus est: uti bono animo essent: ne ue mali aliquid ab se timerent. Sed cum fama templi occupati late iam uagaretur: Locrenses finitimi: subito instructis copiis: Philomelum aggressi sunt: cōmissosq; circa Delphos prælio uicti: multis suorum amissis: in propria reuersi sunt. Ea uictoria audentior factus Philomelus e columnis Amphictyonum decreta excidit: & damnationum quæ conscripta erant: monumenta prorsus extinxit: palam ue illud promulgauit: se nec Oraculi diripiendi: neq; alicuius iniqui facinoris perpetrandi animum habere: sed maiorum suorum iura uendicantem: iniquo Amphictyonum iudicio rescisso: patrias leges confirmare uoluisse. Bœoti interim habito consilio deliberarunt: capto templo succurrere: raptimq; milites ei negotio destinarunt. Sed Philomelus templo murum undiq; induxerat: coegeratq; magnam uim hominum dimidiatum: præter integrum stipendium exoluens. E popularibus quos meliores sciebat: delectos conscripserat: ut instar iusti exercitus ad quinq; hominū millia sub signis haberet. Cum iis ante Delphos consedit, non minus hosti metuentus: quam

dus quā ipse eū metueret. Duxit deinde copias eas in agrū Locrensem: magnāq; ex
 parte eū populatus: cōuertit se ad munitissimi castelli: secundū quod flumē labe-
 tur: oppugnationē: multisq; cōatibus cū id frustra tentasset: ommissa oppugnatio-
 ne: conseruit manus cum Locrensis in quo certamine cum uiginti sui milites oc-
 cubuissent: & eorū corpora eēnt in hostiū potestate: petiit ab eis p legatos: ut sibi cō-
 cederent. Id illi denegarunt: insuperq; addiderunt: apud Græcos omneis cōmuni
 lege sancitum esse: uti insepulti abiicerentur sacrilegi omnes: quā rem ægerrime se-
 rens Philomelus iterum cum Locrensis prælium iniuit: plurimūq; laborauit: ut
 hostium quospiam interficeret: eisdemq; potiretur. Ita compulsi sunt illi permutatio-
 ne facta: tradere quos inhumatos tenebant. Hinc Philomelus: multis populationi-
 bus factis militem suū praeda onustum reduxit Delphos: Vbi per oraculum rescire
 cupiens belli: quod gerebat: euentum: Pythiam coegit: uti Tripoda inscenderet sibi
 q; daret responsum. SED quoniam tripodis occurrit mentio: haud abhorrens ui-
 detur: ueterem de eo traditam historiam repetere. Antiquitus fama ea inualuit: Ca-
 pras Oraculū ipsum inuenisse: cuius gratia & Delphici hac tēpestare capris ut plu-
 rimum sacrificant: in consulendo Oraculo. Inuentum uero ita aiunt. Cum eo in lo-
 co: ubi nunc templi adytum est: terræ hiatus pateret: circumq; errarent pascentes ca-
 præ: quod scilicet Delphi eo tempore inculti erant frequenter contigit: ut ad cauum
 illud capra quæpiam accedens & introspeciens: miris quibusdam exultationibus: &
 uoce prius ei insuetas: incredibilem pastori suo admirationem concitaret adeo: ut &
 ipse spectatum eius loci situm accesserit. Eum tunc quod & capris euenerat: pertur-
 batio ingens corripuit: ut illæ ea propemodum: quæ diuino furore uexatis accidunt
 paterentur: hic uero: præter illud: etiam futura prædiceret. Qua propter: apud eius
 regionis homines diuulgata commotione mentis: quæ ad hiatus accedentibus
 oboriretur: complures illuc cōueniebant: tentandiq; gratia quicunq; propius se infe-
 rebant: diuino agitabantur spiritu. Propterea res in admirationem uersa: creditum
 q; terrestre illud esse Oraculum. Et aliquandiu seruatum est: ut consulturi de rebus
 suis: ad hiatus se promittentes alter alteri responsa redderent. Sed cum multi ex
 furore in præceps desilirent: itaq; interirent: qui eum locum seruabant: instituerunt
 ne quispiam periclitaretur: ibi sceminā uatem ad omnium usum delegi: a qua prædi-
 ctiones acciperentur. Ei uero machinam erigi: super quā tuto & diuinitus afflari: &
 consulentibus respondere posset. Quia uero ea machina sulturis tribus sustinebat
 ideo Tripus nūcupata est: cuius faciem ferme & nūc retinent ænei Tripodes. Quo
 igit modo & oraculum inuentū sit: & quibus iniis Tripus in usum uenerit: pro re-
 dictum satis arbitror. Solebant etiam primo illo tempore uirgines: ob naturam pu-
 riorem: & quod Dianæ uideantur propinquitate quadam iungi: ad officium illud di-
 uina enunciandi adsummi: Aptissimæ enim credebātur ad seruanda ea arcana: quæ
 in responsis contineant. Sed annis posterioribus Echecratem quendam Thessalū
 fama est: cum ad Oraculum peruenisset: uisam uirginem Pythiam summæ uenusta-
 tis adamasse: & raptā uiolasse: unde ob admissum facinus Delphici sanxerint: ne
 in posterum: respondendi officio fungeretur uirguncula: Sed senior scemina anno-
 rum saltem quinquaginta: quæ tamen uirginali habitu in memoriam ueteris uatici-
 nandi moris: uteretur. Et hæc quidem sunt: quæ fabulose de Oraculo inuento tradū-
 tur. Sed nos ad res Philomeli regrediamur. Is quidem eius loci Dominus: Pythiam

De Oracu-
lo Delphi-
co

Tripus.

Echecra-
tes.

Virginalis
habit⁹ Py-
thiæ.

DIODORI

uti aliquid sibi de patriæ rebus prædiceret: monuit: & cum uates: eam ipsius patriam sibi uideri responderet: minari & cogere eam: uti Tripoda inscnderet: cepit Philomelus: ad cuius uim iferentis asperitatem offensa mulier: cum dixisset. Tibi quidem quodlibet: permittitur. Lætus plurimum uerbū id utpote oraculum rebus suis aptissimum: accepit Philomelus: statimque exscriptum illud in propatulo posuit: & passim uulgauit sibi a Deo licentiam datam faciendi quod uellet. Postmodum: concione aduocata quid sibi responsum esset: exposuit: adhortatusque uti firmiores animos haberent ad belli negocia se totū cōuertit. Factū est & ei in Apollinis tēplo ostentū huiusmodi. Aquila ædem superuolans uorticibus quibusdā in terrā se demisit: educatasque in tēplo columbas persequēbat: ut eas: aliquod ex ipso altari arripuerit. Id ipsum earū regū periti Philomelo: & Phocensibus fortunatum exitū Delphici belli portēdere affirmabant. In status proinde hinc Philomelus delegit e suis: quod magis idonei uisi sūt hosque partim Athenas: partim Lacedæmona: alios itē Thebas: cæterasque græciæ insigniores Ciuitates iuberat dire excusatum se: ne crederent diuitiarū rapiendarū gratia. Sed quo recuperaret ius: quod antiquitus Phocenses in templo cōstet habuisse: Delphos ab se occupatos paratumque esse græcis oībus sacrarū opum rationem reddere: recensendo numero & pondere munera quæcūque in tēplo fuerāt dicata: si quisquā id quærere desyderauerit. Precari denique: si forte ab aliquo in Phocenses ex inimicitia, aut odio bellū pararetur: ut ipsi uel sibi auxilio essent: uel saltem hostes nō iuuarent. His per legatos expositis Athenienses: Lacedæmonii: alii uel quidā & societare & auxilia polliciti sunt. Sed Bœoti: locrenses & quā plures alii in diuersum bellū pro Deo contra Phocēses gerere decreuerunt. Et hæc quidē anni huius spacio cōtingerunt: quo autem Diotimus Atheniensium princeps. C. martius: & Cn. Manlius Romanæ consules fuerunt: Philomelus belli: quod cœperat: magnitudinem prospiciens: qui secum stipendia facerent: multos ad se inuitabat: & Phocensium: qui bello idonei uiderentur: delectū habebat: Cūque his oībus parādīs pecunia opus esset: a rebus quidē sacris manus continuit: cæterū Delphicos: qui erant ditiores: compulit ut sibi exoluerent: unde stipendia mercenario militi commode dari possent. Comparatis proinde copiis iustis eas in campum eduxit: ut appareret eum certamen non detrectare: contra quoscūque Phocensium hostes. Locrensis uero ei ocurrentibus: cōmissum est prælium ad petras: quæ Phedriades nuncupant: in quo uictor Philomelus multos ex hostibus interfecit: plures apprehendit: quosdam: ut se de rupe præcipites darent: coegit. Ex hac pugna prospera: elationis multum Phocensibus iniectū est. Sed enim Locrenses grauiter affecti: legatos Thebas miserunt: & sibi & Deo auxilia implorantes. Tunc Bœoti & propter pietatem erga Deos: & quod eis conducebat: decreta Amphictyonū rara permanere: legarunt ad Thessalos & ad cæteros Amphictyonas: qui orarent: uti secum cōtra Phocēses bellū susciperent. Et illi quidē cū id ipsum facere constituissent: ingens tumultus: & seditio per uniuersam græciam excitatus est: cum aliqui Deo subueniendum: & in Phocenses ueluti sacrilegos animaduertendum: alii rursus: ut Phocenses auxiliis iuuarentur: decreuissent. In diuersum proinde tendentibus gentium & urbium quibusdam ferme factionibus templo succurrere proposuerunt: Bœoti. locrēses: Thessali: Perthæbi: & præter hos Doræ. Dolopes: Athamanes: Achæi: Phthiotæ: Magnetes: Aenianes & aliquot alii. Phocensibus uero auxilio erant Athenienses: lacedæmonii: quidam uel alii ex Peloponneso. Sed promptissimi

Seditiones
græciæ

proutissimi oīum in hoc erāt lacedæmonii cū aliis qbusdā: ea de cā. In pugna leuctri
 ca Thebani cū uictores fuissent: litē ad Amphictyonas cōtra lacedæmonios detule
 rūt: quod eorū ciuis Phabidas Cadmeā occupasset: dictaq; ob eā iniuriā: mulcta est
 illis talētorum quingentorū. Sed cū tēpore legib⁹ præsinito: lacedæmonii iudicatā
 summam non exoluissent: rursus Thebani causam renouarunt: ut duplo mulctaren
 tur mille scilicet talentis: quod cum ab Amphictionibus factum esset lacedæmonii
 ob debiti magnitudinē similes Phocensibus tergiuersationes moliebantur: iniu
 ste damnatos se se pradicantes. Idcirco cum ipsis pariter expediret: quod multum
 condeuinationem eam uererent: ut bellum conflaretur laborabant: existimantes
 Amphictyonum scita rescindi posse citra pudorem sub Phocensiu uelamine. Pro
 pter huiusmodi rationes: alacres ualde Phocensium rei aderant: uti ius templi in eo
 rum manu confirmaret. Vex enim uero cū iam pro certo haberet Philomelus: Bœo
 tos magnas copias contra se ducere: statuit conducere affatim mercennariorū mili
 tum. Sed cum ea res pecuniam ingentem exposceret: coactus est iniicere manus re
 bus sacris: & Oraculum diripere. Pollicente autem eo stipendia integra cū dimidia
 tis: ocyus ad eum magna hominū uis cōfluxit: offerentium se bello ob ampla præ
 mia. Sed nullus utiq; probi ingenii uir ei militiæ nomen suum dedit: tantū qui erāt
 summæ improbitatis: & lucri gratia Deos insuper habentes: alacri animo ad Philo
 melū cōcurrebant: ut breui iustum exercitū equitum & peditū ferme decemmillium
 cōparauerit: quos in locrēsem agrū duxit: factisq; ei obuiā locrensisibus & Bœotis: ui
 res iunctas habentibus: equestre prælium commissum est: i quo Phocenses superio
 res fuerunt. Hinc Thessali & propinquæ ciuitates sociæ: coactō sex millium homi
 nū exercitu: in locridem uenerūt. Factoq; certamine cū Phocēsisibus ad Tumulum q
 Argolas dicitur: & ipsi uicti sunt. Superuenerunt postmodū Bœotū tredecim millia
 armata. Ab Achæis rursus mille & quingenti milites in Phocēsiū subsidium addu
 cti sunt: constiterūtq; utrinq; copix eodē in loco. Tūc inter pabulādū Bœoti aliquot
 mercennarios Phocensium milites comprehenderunt: adductosq; ad ipsam urbem
 per præconem declararunt: Amphictyones illos: ut pote cū sacrilegis stipendia faciē
 tes: morte mulctare req; id confirmantes: iaculis omnes cōfixerunt. Qua ex re mul
 tum conductitiis Phocensiu miles indignatus: ut simili pœna hostes afficeret: Phi
 lomelum rogarunt: acriterq; contendentes: multos ex hostibus per agros uagan
 tes: cœperunt: adductosq; Philomelus itidem iaculis consecit: ut deinde hostes ab
 arroganti & truculenta illa punitione destiterint. Utroq; demum exercitu in alia lo
 ca transeunte: cū per siluas & difficiles saltus iter faciundum esset: de improviso pri
 mæ utrinq; acies sibi inuicem occurrentes leue certamen incepterunt: sed postea acri
 ter: & totis uiribus pugnatum est: Bœotiq; cum militum numero longe hostibus
 præstarent: Phocenses profligarunt. Per loca autem præcipitia: & quæ angustos
 exitus haberent cum fuga fieret: milites multi Phocensium interfecti sunt. Et Philo
 melus audacia incredibili depugnans: multis affectus uulneribus: in locum quen
 dam præruptū: & unde non facile posset euadere: inclusus: supplicia: quæ nonnun
 quam in captos edi solent: timens: se se illinc præcipitem dedit. Et ad eum modum:
 persoluta Deo pœna debita: extinctus est. Tunc Onomarchus: qui secum ordines
 ducebat: suscepta rerum administratione: exercitus reliquias reduxit: & fugæ se re
 cipientes milites in unum cogebar.

DVM hæc gererentur: Philippus Macedo

Methone. nia rex Methonem urbem expugnauit: direptaq; euerit. Pagas etiam capiens suo imperio subiecit. Et in ponto Leuco Bosphori Rex: cum annum quadragessimum regnasset: mortuus est: Cui Spartacus filius succedens: quiq; annos in eo principatu uixit. Romani uero contra Phaliscos bellum iniuerunt: nec memorabile aliquid: aut magnum gesserunt. Solis incursionibus & populationibus Philiscū agrum deuastarunt. In Sicilia Dione Imperatore a Zacynthiis mercenariis militibus interfecto administrationem eam suscepit Calippus: qui cædis illius autor & hortator fuerat. Ann^o. VII^l IAM uero Athenis imperante Eudemo & Romæ consulibus. M. Fabio. & M. Popilio. Bœoti uictoria contra phocenses potiti: existimantes: sacrilegii autore Philomelo Deorum hominumq; uiribus poena affecto: alios quoscunq; a facinore simili perterritum iri: se se in sua receperunt. At Phocenses aduerso pralio afflictī Delphos contendentes: facto sociorum omnium concilio: de bello consultabant. Ibi qui ingenii æquioris erant: ad pacem trahebatur: sed impij: quibus nec audacia: nec lucri cupido imminuta erat: circumspiciebant: num quispiam oratione suam improbitatem adiunaret. Tunc Onomarchus: quo honoris initi prerogatiuam tueretur: oratione meditata: bellum turbæ illi cœpit suadere: nequaquam perinde com modi publici: uti sui priuati rationem habens. Quod enim iuxta ac alij grauiter ac sapius poenis ab Amphictyonibus fuerat multatus: nec aliquid exoluere uoluerat: pace bellum sibi commodius fore ducens: Phocenses sociosq; ad perseuerandum in Philomeli cœpto: uerbis suis impellebat. Electus igitur Imperator mercenariorum militum magnum numerum conciuuit. Ordines militum obitu: extenuatos suppleuit: auctisq; multū collectitio milite copiis suis: in comparandis auxiliis: aliisq; bello necessariis multū satagebat. Ad hæc magnos ei animos fecit Somnium: quod gloriæ incrementi præsagium ei facere uisus est. In quiete enim existimauit se uidere æneum Colossū: quem in Apollinis templo Amphictyones posuerāt manibus suis ab se in maius refingit: & ampliorem multo fieri. Hinc coniiciebat nominis amplitudinem sibi in imperio. Deorum ope: ad futuram esse. Sed secus se res habebat: cōtraq; id portendebatur: Phocensibus: qui ob direptas res sacras ab Amphictyonibus male habiti fuerāt: auctiorem poenam Onomarchi manibus adiunctum iri: itaq; euenit. Sed enim imperator Onomarchus ænea ferreaq; arma multa cōfici curauit: Ex argento autem & auro signatam pecuniam sociis ciuitatibus misit: maximeq; præfectos & earum magistratus muneribus sibi obnoxios reddidit. Ex hostibus etiam quosdam: ut sibi auxilio essent: aliquos: ut neutri patri se adiungerent: largitione facile est consequutus. Ea hominibus est innata diuitiarum cupido. Thestalos quidem: quorum nomen inter hostes amplissimum erat: per munera induxit: ut a bello contra se cessarent. Inter Phocenses uero: quos sibi aduersos cōperit: interfecit: publicatis eorum bonis. Quibus peractis in hostilem terram inuadens: Thronum expugnatum diripuit: Inde q; Amphissenses pterritos ad faciendam deditiōē compulit. Doricis autem urbibus direptis & agris uastatis: in Bœotiam irrupit. Ibi capto Orchomeno: cum Cheroneam oppugnare aggressus esset: a Thebais uict⁹ in Phocida reuersus est. Interea Artabazus: qui a Rege defecerat: bellum cum regis præfectis contra se missis gerebat: & initio quidem: cum Atheniensium dux Chares eum iuuaret: fortissime illis resistebat. Abeunte uero illo solus relictus a Thebanis auxilia impetrauit: qui Pammenem ducem cum quinq; millibus hominum in Asian.

Leuco.

Mors di
nis.

Ann^o. VII^l

Onomar
chus
imperator

Auaritia
hominib⁹
innata.

Artabazus

Pāmenes.

Asian ad eum mis
bazi: cū superasset
perit. Mirum enim
te difficili Phocen
terum discrimine
inter Argiuos & L
iores fuerunt Lacc
Atheniensium Dux
beres omnes interfe
Philippo regi adue
urbibus: Cardia ex
Philippus Rex: cu
eos expugnandos
dem coacti sese Re
gulis uestimentis ex
nas est paritus. In
sagitta amisit. Inde
am duxit: statimq; p
lum iniuit: Cumq; ill
marchi frater cum se
gressus: Phocenses
ens rotius Thestalia
rebus propere iuit
marchus: quippe qu
Philippum ipsum m
sternati eum defere
retinuit. Discessit p
in Bœotiam transie
uit. Philippus autem
nam Lycophronem
se pariter cum eis: p
Onomarcho cum p
niere: Philipp⁹ The
pedites supra uiginti
nibus: cum Thestali
lippus uictor euadere
tibus. Et eo sorte tem
tes: dum multi: in quis
tendunt: ingens eoru
cum ipso Duce intere
ferme trium millium.
mergi fecit. Mortuo i
pit: qui afflictas res re
tanto altero: quam sol

Asiam ad eum miserunt. Ibi duobus magnis praeliis praefectos regios in rem Artabazi: cum superasset Pammenes magnam sibi & popularibus suis Bceotis gloriam peperit. Mirum enim procul dubio uidebatur: Thebanos desertos a Thessalis premere difficili Phocensium bello in Asiam tamen nauales copias misisse: & in summo rerum discrimine uictoria esse potitos. COEptum est hisce temporibus bellum inter Argiuos & Lacedaemonios: commissoque certamine ad urbem Orneas superiores fuerunt Lacedaemonii. Orneisque uicinis in sua se receperunt. Chares autem Atheniensium Dux Hellespontum petens cum classe Seston occupauit: Ibiq; pueros omnes interfecit: ceteros in seruitutem traxit. Et Cersobleptes Scotiis filius Philippo regi aduersus Atheniensibus: quorum amicitiae indulgebat: Cherronensi urbis Cardia excepta cessit: in quas atheniensis populus colonias deduxit. At Philippus Rex: cum Methonenses hostibus suis receptum dare accepisset: ad eos expugnandos contendit: qui aliquantulo tempore fortiter propugnarunt. Tandem coacti sese Regi dederunt: ea conditione ut omnes urbe Methone cum singulis uestimentis exirent. Philippus oppidum diruit: & agros omnes inter macedonas est paritus. In ea quidem oppugnatione Philippus alterum oculum confixus sagitta amisit. Inde cum eius auxilium Thessali implorarent: copias suas in Thessalam duxit: statimq; pro eis contra Lycophronem: qui Pheris tyrannum agebat: bellum iniuit. Cumq; ille petito a Phocensibus auxilio obtinuisset: ut Phayllus Onomarchi frater cum septem millibus armatis ad se mitteretur: cum his Philippus congressus Phocenses uictos de Thessalia expulit. Tunc Onomarchus in spem ueniens totius Thessaliae obtinenda: mouens cum omnibus uiribus suis. Lycophronis rebus propere iuit succursum. Opponente uero se illi Philippo & Thessalis. Onomarchus quippe qui numero militum erat superior: Macedonas multos iteremittit: & Philippum ipsum maximum discrimen deduxit. Eius enim milites animo ualde consternati eum deserebant: uixq; & multa oratione in fide: & ne sibi non audientes essent retinuit. Discessit post id Philippus in Macedoniam: & Onomarchus cum exercitu in Bceotiam transiens praelio facto Bceotos deuicit. & Coroneam urbem occupauit. Philippus autem subito ex Macedonia in Thessalam rediens contra Tyrannum Lycophronem castra posuit. Ille impar uiribus a Phocensibus auxilia accersuit se pariter cum eis pro Thessaliae rebus obtinendis laboraturum pollicitus. propterea Onomarcho cum peditatu uiginti millium & equitibus sexcentis in subsidium ueniente Philippus Thessalis persuasit: ut uiribus iunctis secum bellum gereret: Coegitq; ita pedites supra uiginti millia: equitum uero tria millia: Consertis proinde fortissimemanibus: cum Thessali equites & numero & uirtute aliis praestarent factum est: ut Philippus uictor euaderet Phocensibus: qui iuxta Onomarchum erant: ad mare fugientibus. Et eo sorte tempore Atheniensi Charete cum Triremium classe illac transeunte: dum multis in quis & ipse Onomarchus fuit: abiectis armis ad triremes natare contendunt: ingens eorum caedes est facta: ut Phocensium & mercenariorum militum cum ipso Duce interemptorum numerus fuerit plus quam sex millium: captiuorum ferme trium millium. Philippus tunc Onomarchum suspendit: alios ut sacrilegos demergi fecit. Mortuo ita Onomarcho Phayllus eius frater Phocensium curam suscepit: qui afflictas res recreare conexus mercenarium militem multum coegit stipendia tanto altero: quam soleret: maiora exoluens. A sociis auxilia adciuit. Armorum ma-

Philip. luse

Philipp. uictoria

Onomarchi mors

Phayllus

Mausolus gnam uim fieri pecuniam argenteam & auream signari curauit. SVB hæc tem-
 pora Cariæ princeps Mausolus: uigesimali quartum annum est regnasset: mortem obiit
 cui Artemisia & soror & coniunx successit in biennium usque. Et Heracleæ Tyrannus
Clearchus i Clearchus cum in Bacchanalibus: quæ celebrabantur: interspectandum quoniam mul-
Bacchana, tas anxie adduceret: interfectus est. Regni sui anno duodecimo. Et suffectus est Ti-
necatur. motheus filius: qui annos quindecim imperauit. Hetrusci interea bellum gerentes con-
 tra Romanos eorum agros populari ad Tyberim usque incursiones fecerunt: inque sua
 demum sunt reuersi. Syracusis uero seditione orta inter Dionis amicos & Calippum qui
 erant Dionis partium superati ad Leontinos se contulerunt: postque aliquantum tem-
 poris Hipparino Dionis filio Classen armatam Syracusas appellante Calippus
 uictus ex urbe aufugit: & Hipparinus paternum Imperium recuperatum duos an-
Annus. IX. nos tenuit. Sequitur annus: quo Athenienses principem Aristodemum: Romani
 C. Sulpitium & M. Valerium consules habuerunt: inita Olympiade septima su-
Reparatio pra centesima: qua in stadio Tarentinus Smicrinus uictor fuit. Tunc Phocensium
Phocen. Dux phayllus a fratris sui clade & interitu Phocensium res ob magnam militum
 stragem: male affectas reficere nitebatur. cumque pecuniarum abundantia plurimum
 polleret: milites multos conduxit: multos etiam e sociis impulit: ut secum belli curam
 subirent. Re enim numaria citra pudorem quempiam in omnem rem utens non
 tantum priuatos homines promptos belli adiutores sibi comparauit: sed & clarissi-
 mas ciuitates ad fortunam secum periclitandam traxit. Lacedæmonii enim mille:
 duo millia Achæi: Athenienses peditum quinque millia: & sexcentos equites. Duce
 Nauficlea ei auxilio miserunt. Lycophron autem & Pitholaus: qui Onomarcho
 mortuo omnibus destituti praesidiis. Pheras: ubi Tyranni erant: Philippo dederant
 seque ei iunxerant scedere: tunc duobus hominum millibus stipendio conductis ad
 Phayllum transferunt: & in Phocensium auxiliis erant. Minorum quoque ciuitatum
 non paucae Phocensibus ob largitionem factam se adiunxerunt. Aurum. n. quod ho-
 minum auaritiam excitare solitum est: illas ad lucri emolumentum decurrere compel-
 lebat. Phayllus igitur cum his copiis in Bœotiam mouit: & ad Orchomenon urbem
Tres Pha praelio uictus multos ex suis perdidit: Rursusque ad flumen Cephisum inito certami-
ylli clades ne uictores fuerunt Bœoti. E militibus Phaylli ultra quingentos desiderati: & sexcenti
 ferme capti. Paucis etiam diebus post iuxta Coroneam est pugnatum: ubi itidem
 Bœotis uictoribus centum & quinquaginta Phocensium interfecti: & centum triginta
 capti sunt. Sed a Bœotum & Phocensium rebus ad Philippum transeamus. CVM
 is nobilissimo praelio Onomarchum superasset: Pheras a tyrannide liberauit: con-
 cessa urbi libertate: Rebusque aliis Thessaliæ compositis contendebat ad Thermo-
 pylas: ut Phocenses debellaret. Sed transitum ei interceptis Atheniensibus re-
 uersus est in Macedoniam imperio suo plurimum ex rebus gestis: & pietate erga
 Deum aucto. Phayllus uero copias ducens contra Locreses: qui Epicnemidii nomi-
 nantur: alias quidem eorum urbes ui occupauit. Arycam: quæ sola supererat: per pro-
 ditionem nocte eum inuasisset. eiectus ad ducentos milites suos amisit. Cum demum
 prope Abas castra posuisset: Bœoti nocturno impetu in eum facto multos intere-
 merunt: qua uictoria elati in Phocensem agrum incursiones fecerunt: lateque eum po-
 pulati cum præda ingenti reuersi: ad Arycensium propugnationem contenderunt.
 Ibi superueniens Phayllus eos in fugam uertit: & captam urbem diripuit: ac solo
 aquauit.

æquauit. Hic deinceps in tabidam ægrotationem incidens. diu ea cruciatus. cum
 magno dolore: ut sua merebatur impietas: mortem obiuit relicto Phocensium Phaylli
mors.
 duce Phalæco Onomarchi: qui bellum id sacrum inflammauerat: filio parere ad
 huc: sed gubernatorem simulq; Ducem ei constituit Mnaseam unum ex suis fa-
 miliaribus. Post id cum nocte semel Bœoti in Phocenses inuasissent: Mnaseam Phalæcus
 cum ducentis militibus interfecerunt: Moxq; ad Chæroneam equestri prælio com- Mnascas
 misso. Phalæcus uictus multos ex suis amisit. Interea & in Peloponneso tumul-
 tus facti sunt. ea de causa. Inter Lacedæmonios & Megalopolitanos orta contro-
 uersia. in horum agros incursiones fecerunt Lacedæmonii. Duce Archidamo: Motus in-
pelopōne
so.
 Quia iniuria Megalopolitani commoti: cum per se eiusmodi contentioni non suffi-
 cerent: sociorum auxilia implorarunt. Igitur Argiui: Sicyonii: Messenii festinanter
 auxilio eis iuerunt: Thebani uero Cephissiona ducem. datis quatuor millibus pedi-
 tum: & equitibus sexcentis. miserunt. Cū his copiis Megalopolitani mouentes ad
 Alphei fontes castra posuerunt. Lacedæmonii rursus a Phocensibus peditum
 tria millia: a Pitholao & Lycophrone: qui Pheris pulsi fuerant: equites centum quin-
 quaginta obtinuerunt: comparatoq; ita iusto exercitu confederunt prope Manti-
 neam. Deinceps Orneas in argium agrum contendentes prius: quam hostes ad
 urbis sociæ defensionem uenirent: eam expugnarunt. Cum post id Argiui adue-
 nissent: commisso prælio. a Lacedæmoniis uicti sunt: Sed Thebanis superueni-
 entibus duplo iam hostibus plures: uerum inordinata acie: atrox prælium instau-
 rarunt: quo ancipiti: neq; alterutris certa uictoria. Argiui & socii in suas urbes se
 retraxerunt: Lacedæmonii in arcadiam inuadentes. Elissunte urbe ui capta: dire-
 ptaq; Spartam sunt reuersi. Interiecto tempore aliquatulo Thebani sociiq; pro-
 pe Thelphusam cum hostibus congressi eos profligarunt: multisq; interfectis Du-
 cem eorum Anaxandrum cum aliis circiter sexaginta ceperunt. Paucis etiam die-
 bus post Lacedæmonii cum non paucorum cæde ab eisdem sunt superati. Sed tã-
 dem magnis uiribus congressi. ipsi uictores fuerunt. Tunc utriq; in sua redierunt: cū
 q; Lacedæmonii indutias Megalopolitanis petētibus concessissent: Thebani in
 Bœotiam sunt reuersi. Ibi phalæcus Chæroneam occupauerat: sed Thebanorum
 aduentu ab ea eiectus est. Compararunt post hæc Thebani magnas copias: & in
 Phocida irrumpentes. eam latissime populati sunt: & ædificia omnia diruerunt:
 expugnatissq; aliquot castellis cum ingenti præda. in Bœotiam se receperunt. AN- Annos. X.
 NO uero succedente: quo Athenis princeps Thessalus: Romæ Mar. Fabius: &
 T. Quintius consules præfuerunt: Thebani Phocensi bello fatigati: & re nume-
 ria multum exhausti. legarunt ad regem Persarum: qui ciuitatis suæ indigentia
 subsidium peterent. Nihil ille cunctatus. proutissime argenti Talenta trecenta eis
 exoluit. Et leuia quidem duntaxat certamina: agrorumq; uastationes: nil uero
 memoratu ualde dignum anno hoc inter Phocenses & Thebanos gestum est.
 Verum in Asia persarum Rex cum annis superiorib; Ægyptum cum ualido exer-
 citu inuasisset: nec tamen aliquid ei cessisset ex uoto: hac tempestate renouato in
 Ægyptios bello. multis egregie gestis. summa sua industria Ægyptum: Phœni-
 ciam: & Cyprum recuperauit. Quo uero rei huius historia apertior sit. repetitis al-
 tius temporibus. belli causas explicabimus. ANnis anteactis: cum Ægypti a Artaxerxis
 Persis defecissent. Artaxerxes Och⁹ cognomēto rei bellicæ parē studiosus a gete res gesta.

DIODORI

Copia Ar-
taxerxis.

Tripolis.

Bellū Cy-
prium.

mouere se haud uoluit: missoque illuc exercitu & praefectis: ex eorum imperitia & frau-
de fortunam minus prospera exptus est. Et Aegyptiis nihili eum facientibus: coactus
est tantae ignominiae: ob animum nimis se datum: & insitam desidiā succumbere
Aegyptiorum exemplo annis citerioribus. Phoenices & Reges Cypri & ipsi contem-
pto Artaxerxe defectionem commiserunt. Propterea concitatus Rex decreuit: in eis
omnibus: qui ab se defecerant: non amplius per praefectos: sed praesens: pro tuendo
imperio suo: bellum gerere. Itaque armorum: telorum: comituum & militum appa-
ratum magnum faciens: peditum trecenta millia: equitum triginta millia: triremes trecentas:
onerarias aliasque naues ad necessaria comportanda quingentas coegit: bellumque
contra Phoenicas ex huiusmodi causa iniuit. Est in Phoenicia nobilis urbs Tripolis
nomen ex re habens. Sunt enim urbes treis inuicem stadii interuallo distantes: ap-
pellaturque Aradiorum una: altera Sidoniorum: Tyriorumque tertia. Est uero ciuitas haec
in magna dignatione apud Phoenicas omnibus: in qua conuentus habere: & per conciliū
de maximis rebus agere consueuerat: praefectis autem & Ductoribus regiis: qui in Sido-
niorum parte uersabantur: contumeliosa & superba imperia in Sidonios exercentibus:
male habiti hi: non satis sibi in dolore temperantes: a Persis desciscere statuerunt: ceterosque
Phoenicas ad libertatem occupandam exhortati: legatis ad Nectanebum Aegypti
Regem: qui Persis erat hostis: missis: ut in belli societate ab eo reciperent omnia: quae bello
usui sunt: comparabatur. Cumque Sidon urbibus aliis opulenta praestaret: priuatique ho-
mines ex mercationibus essent ditissimi: cyrus & triremes complures paratae: & mili-
tes multi conducti sunt. Ad hoc: tela: arma: comitatus aliaque omnia bello opportuna: bre-
ui conquisita: Initio autem eius concitationis regium Viridarium: ubi Persarum Reges
animum remittentes: oblectare se consueuerant: decisis arboribus: prorsus deuastarunt.
Pabuli quoque uim magnam a praefectis in usum belli alendis equis: collectam incenderunt.
Anima uersum est & in captos illos Persas: a quibus contumelias sustinuerat.
Quae omnia confidenter ab illis patrata Rex accipiens Phoenicibus cunctis graui-
ter: Sed omnium maxime Sidoniis comminatus est. Cum uero Babylona copia eius
omnes peditum & equitum conuenissent: eas mouit contra Phoenicas: Interimque
dum illuc contendit: Syria praefectus & Mazaeus: qui Ciliciae praeerat: iunctis uiri-
bus: aduersus Phoenicas pugnabant. Ibi Tennes Rex Sidonis ab Aegyptiis Graecos
mercennarios milites: ad quattuor millia: quibus Rhodius Metor praeerat: ob-
tinuit. Cum his: aliisque suae gentis conscriptis in regios praefectos: quos diximus: ual-
dens: commisso certamine uictor fuit: Illique ex Phoenicia sunt pulsī. Eodem tempore &
in Cipro bellum est coeptum: superiori & causa & rebus actis: consimile. Erant in ea
insula insigniores nouem urbes: quibus reliqua minora oppida: in obsequium: adsi-
gnata erant. Habebant illae Reges singulos: quibus parerent: ut tamen Regi Per-
sarum illi audientes deberent esse. Haec omnes nouem ciuitates conspirantes: Phoe-
nicum exemplo: ab Rege descuerunt: comparatisque belli rebus: summum Imperium
iusserunt illis esse: qui Regna habebant. His Artaxerxes commotus ualde Cariae
praefecto Idrieo: qui nuper principatum eum iniuerat: & qui maiorum suorum institu-
to: amicus & socius erat Persarum Regi: per litteras iniunxit: ut navalibus & peditum
copiis comparatis: in Cyprios Reges bellum susciperet. Ille nihil morae interpo-
nens quadraginta triremes: milites conductos: ad octo millia instructos in Cy-
pro non misit: data eorum cura praefectis duobus Atheniensi Phocioni: & Euagorae.
qui annis

qui annis superioribus in ea insula regnauerat. Hi nauigatione illuc deuecti: subito ad primariam insulae urbem. Salamina copias adduxerunt. Ibi uallo & aggere com munito mari terraque oppugnationem aggressi sunt. Cumque insula ea multos annos pacem habuisset: magnaque esset loci fertilitas: milites agros omneis pro arbitrio peragrantes magnas opes corripuerunt: ac diuulgata ea rerum abundantia multi ex ulteriori Syria & Cilicia ultronei milites spe lucri adcurrerunt: ut ad duplum ferme Euagorae & Phocionis aucto exercitu in magnam trepidationem & metum Cy prii Reges coniecti sint. Et is quidem erat rerum Cypri status. At Persarum Rex Babylone in Phoeniciam cum exercitu contendit. Ibi Mentor: cuius magna Sidone erat potentia: audito ingentem numerum Persarum aduentare. iudicans Phoeni cas eis minime pares esse: salui suae priuatim consulere deliberauit. Itaque ex suis fa miliaribus fidum maxime Thessaliona clam Sidoniis omnibus misit ad Artaxer xem Sidona ei prodere recipiens: simulque ad bellum Aegyptium cum eo proficisci in quo: ut pote locorum: & eruptionum: quas Nilus faceret: cognitionem exactam habens: adiumentum magnum afferre posset. Thessalionem omnia ea narrantem Rex audiens mirifice est gauisus: commissaque defectionis gratiam Mentori se face re respondit. Ceterum si quae offerebat: fecisset: magnis muneribus ab se donatum eum iri: pollicitus est. Ad haec cum Thessalio sibi a Mentore: ut eius dexteram fidei causa reciperet: iniunctum dixisset. Rex: ueluti fides dicto suo non haberetur: com motus Thessaliona apparitoribus: ut capite plecteretur: addixit. Cum ita ad pce nam is duceretur: Regique dixisset: Facies quidem quod tibi libuerit: Sed Men tor: cui illa omnia peragere in promptu est: quod fidem dare detrectaueris: nihil prorsus promissorum efficiet: Admonitionem eam Rex secum uoluens respuit: apparitoribusque reuocatis: dimisso Thessalioni dexteram porrexerat. Quae res apud Persas pro firmissima fide hebetur. Tunc Sidona Thessalio reuersus: ciuibus om nibus id ignorantibus: Mentori quae agisset renunciavit. Rex uero plurimi faci ens: uti Aegyptum deuinceret: quod ea prima in se grauiter comiserat: Legatos in ciuita tes Graeciae nobiliores: qui contra Aegyptios auxilia peterent: misit. Ex eis La cedamonii & Athenienses amicitiam quidem erga Persas tueri sibi esse propo situm: sed auxilia minime se daturos: responderunt. Thebani Lacratem ducem cum armatis mille: Argiui tria millia miserunt: quibus non ex suo arbitrio: sed Rege id nominatim petente: Nicostratum praefecerunt. Is erat uir & fortitudi ne & consilio optimus: prudentiae terribilem audaciam commixtam habens. Et corporis robore cum multum praestaret: leonis pellem cum claua in praelio ge stans: Herculem militiae referebat. Pariter Graeci: qui Asiae maritima inhabita bant: ad sex millia dederunt: ut e Graecis omnibus auxilia compleuerint nume rum decem millium. Antequam uero hi conuenirent: Rex per Syriam facto itinere in Phoeniciam peruenit: & non longe Sidone castra metatus est. Eo temporis spacio quod non paruum intercessit: Sidonii armis: telis: rei frumentariae comparandae magnam diligentiam adhibuerant: urbem fossa triplici. & moenibus praetis com muniuerat. Habebant & militum urbanorum: qui in gymnasiis & laboribus pluri mum exercitati corpore & uiribus firmissimis erant: iustum numerum. Diuitiis uero & alio quocumque apparatu ceteras Phoeniciae urbes superabant. Quodque erat maxi mum: triremium & quicquid premium supra centum Classem comparauerant: Tennes aut

Salaminis
op.

Regis expe
ditio aduer
sum
Phoenicas.

Data dext.
fides apud
Persas fir
miss.

Nicostrat.

DIODORI

iam in proditoris societate acceptus a Mentore: qui ægypti auxiliis præerat: hunc relinquit loci cuiusdā præsidio in urbe: ut proditoris negotium curaret: Ipse cum militibus sexcentis egressus simulauit: eundem sibi esse ad Phœnicum quendam conuentum: accepitque secum nobilissimos centū ciues: ueluti forent consilarii. Cum iam haud longe ab ipso Rege esset: comprehensos eos cētū Sidonios tradidit Artaxerxi: qui Tennem ut amicum benigne accepit: cētum uero illos: ueluti defectionis auctores telis obrui fecit. Aduenērāt & ex urbes quingēti primores uiri: ramis oleæ præsis ei supplicantes. Ibi Rex Tennem seductum: num urbem sibi posset tradere: est percunctatus (plurimum namq; laborabat: ut citra pactionem quampiā Sidona reciperet: quo clade aliqua immani eā afficiens: reliquas urbes castigatione ea perterreret) Tennes se id facturum confirmante. Rex impotentem iram in animo fouens oēs eos quingētos uiros supplicantium insignia gestantes cōfodi fecit. Tennes postmodum ad mercenarios ægyptiorū milites accedēs: eis persuasit: se & Regem intra moenia reciperent: perq; huiusmodi proditionē Sidon in Persarum potestatem dēuenit. Tunc Rex: cum Tennes opera non amplius indigeret: eum interfici curauit. At Sidonii: qui ante Regis aduentum naueis omnes suas incenderant: ne quispiam nauigatione saluti priuatæ posset consulere: postquā urbem & moenia ingenti Persarum multitudine uiderunt oppleta: intra domos cū liberis & uxoribus inclusi: apposito igni: se extinxerunt: ut eorū & qui supplicantes interfecti sunt: numerū quadraginta millium periisse traditum sit. Tanta ea clade Sidoniis affectis: & urbe tota cū ciuib; absumpta: locum ex incendio uastum Rex talentis multis uendidit. Ob magnam enim oppidanorum opulentiam: immensa argenti & auri uis p ignem conflata: est inuenta. Huiusmodi interitum miseræ Sidoniō: res sortitæ: reliquas Phœniciæ urbes ad deditionem faciendam: terrore adiecto: impulerunt. **PAULO**: supra hæc tempora Cariæ princeps Artemisia eo honore annos duos functa mortem obiit: In cuius locum: suffectus frater Idrieus ad septennium imperauit. in Italia autem Romani: percusso foedere cū Samnitib; indutias Prænestinis concesserunt: Tarquinienfēq; ducentos & sexaginta publice in foro capite mulctarunt. In Sicilia Calippus & Leptines Syracusani: cōparato exercitu: cum Rhegium: quod tyranni Dionysii præsidio tenebatur: expugnassent: pulsos hostib; libertatem urbi firma runt. **CVM** uero Athenienses principem Apollodorum: Romani. **M. Valeriū** & **C. Sulpitium** consules iam haberent: Euagora & Phocione Salamina in Cypro oppugnantib; aliæ omnes insulæ eius urbes in Persarum ditionem uenerunt. **Solus** Protagoras Salamine Rex obsidionem sustinebat: nitebaturq; contra Euagoras paternū illd regnū adiūmēto Persarū Regis: recuperare. Sed tēpore succedēte. Artaxerxes: cum ei hic esset delatus: Protagoram auxiliis cœpit iuuare adeo: ut rem tentatam despondens Euagoras: ad Regem se expurgatum iuerit: a quo maiori multo alia præfectura in Asia est honoratus: in qua deinceps administranda: cum se male gessisset: coactus fugere in Cyprum: comprehensus & supplicio affectus est. Protagoras autem Persis ultro se dedens: obtinuit: in reliquum ut citra impedimentum Salamine sibi liceret regnare. **AT** Persarum Rex: post deletam Sidona: cum iam Argis: Thebis & a Græcis illis qui Asiæ maritima incolunt: auxilia aduenissent: iūctis omnib; copiis in Aegyptum cōtendit. Incidens autem intereundum in stagnum prægrandē: ubi erant quæ Voragines nuncupantur: exercitus partem

Sidon capta proditione.

XL. millia Sidoniorū perempta.

Animaduersio in Tarquinieses. Annus XI.

Euagoras

Regis expeditio in Aegyptū.

cius partem ex loc
præter omnium op
præfens ab hac dis
las uersus Pelusiū
draginta stadia
fuerant: cū multa
habuissent: cuncta
primum esset: & op
sione quinq; millia
borantes: ut uirtus
stā & profundam
sidio Pelusi erant
ruerunt: proq; glori
mē ad extremū diei
Græcorū quas habe
q; Persam aliquē &
bāt Lacratem Theb
qui Magos oppressi
barbarorū magnū
costrato: additus est
ribus rebus referēdi
probauissimæ. Desti
Tertiam aciem: quæ
derat: & Bagoas: cu
quum facinus: pro
ditionis & barbaro
liquis copiis totius
apud Persas: Nect
genti hostiū multo
corum militū: qui se
gyptiorū: qui bellat
ad conflictus & inc
peret. Ripam autē f
sa continenter ducti
tuni ei non deessent
xima calamitatis eius
bello: Persæ ab eo uic
licæ scientia præstant
quorum consilio rect
um imperatorem fore
luit: neq; per sese qua
Oppida igitur & loca
millibus Aegyptiorū
mediata: loca ea infedi

citus partem ex locorum ignorantia amisit. De natura quidem eius stagni & his: quæ
 præter omnium opinionem in eo contingunt: cum libro primo satis dixerimus: in
 præsens ab hac disputatione supersedebimus. Transgressus autem Voragine il-
 las: uersus Pelusiū quæ est urbs ad primū os: ubi Nilus exitū habet: iter faciens qua-
 draginta stadia ab eo castra posuit. Græci & Aegyptii qui in eius loci præsidio po-
 siti fuerant: cū multū tēporis ante persarum aduentū: ad instruēda ea: quæ opus erat:
 habuissent: cuncta quidem Nili ora firmiter: sed maxime oīum Pelusiacum: quod
 primum esset: & opportunū ualde situm haberet: cōmuniuerant. Erant ibi in defen-
 sione quinq; millia armatorū sub præfecto Philophrono. Thebani igitur plurimū la-
 borantes: ut uirtus sua inter Græcos omnes illustrior esset: fossam quandā & angu-
 stā & profundam: nulla periculi hibita ratione: traicere inceperant. Tūc qui in præ-
 sidio Pelusii erant: ex oppido erūpentes: cum trāsēuntibus Thebanis manus conse-
 ruerunt: proq; gloria consequenda utrisq; adnitentibus: atrox & periculosum certa-
 mē ad extremū diei cōmissum: nocte superuēiēte direptum est. Postridie rex copias
 Græcorū: quas habebat: in treis ordines ē partitus: & unicuiq; Græcum hoīem simul
 q; Persam aliquē & uirtute & prudētia insignē p̄fecit. Primi itaq; Bœoti: duces habe-
 bāt Lacratem Thebanum & Persam Rosacen. Hic genus ducebat a septem Persis
 qui Magos oppresserūt. præfectusq; erat Ionix & Lydiæ: equitum uero & peditum
 barbarorū magnum numerū ducebat. Argiuorū secunda erat acies sub suo duce Ni-
 costrato: additus est huic in administratiōe socius Aristazanes: cui ad regē de mario-
 ribus rebus referēdi: cura iniūcta erat si dei supra amicos oēs regiones: Bagoa excepto
 probatissimæ. Destinata sunt ei quinq; millia electorū hoīum: & triremes octogita.
 Tertiā aciem: quæ erat mercennarius miles: ducebat Mentor: qui Sidona prodi-
 derat: & Bagoas: cui plurimū fidei rex adhibebat: uiro audaciæ: & ad omne etiā ini-
 quum facinus: promptitudinis incredibilis. Datus est ei Græcorū: qui erant Persarū
 ditionis & barbarorum ingens numerus: & naues complures. Ipse autē Rex cum re-
 liquis copiis totius rei summæ aīum intēdebat: Facta eiusmodi partitione ordinum
 apud Persas: Nectanebus Aegypti rex: licet copiis inferior multo esset: nihil uel in-
 genti hostiū multitudine: uel ordinatiōe facta cōmotus est: Habebat sane ipse græ-
 corum militū: qui secum stipendia facerēt: uiginti millia. Aphros ferme totidem: A-
 gyptiorū: qui bellatores apud eos nuncupantur: millia sexaginta: Naues fluuiatiles:
 ad conflictus & incursiones circa nilum committendas numero: qui fidem non ca-
 peret. Ripam autē fluminis: quæ in Arabiā uergit: frequentib; castellis muroq; & fos-
 sa continenter ductis: cōmuniuerat: Cumq; apparatus omnes bello gerendo oppor-
 tuni ei non deessent: breui tamen ab omnibus illis: ob inopiam consilii: decidit. Ma-
 xima calamitatis eius causa fuit belli administrandi imperitia: & quod ante id: priori
 bello: Persæ ab eo uicti fuerant. Habuerant tunc clarissimos fortitudine: & rei bel-
 licæ scientia præstantes Atheniensem Diophantum & Lacedæmonium Lamium:
 quorum consilio recte omnia fuerāt ordinata. In hoc autem bello dum sese idone-
 um imperatorem fore arbitratur: nulli administrationem rerum communicare uo-
 luit: neq; per sese: quæ bello usui essent: ut pote nullius experientia: potuit expedire.
 Oppida igitur & loca alia munita cum præsidiis positis firmasset: acceptis triginta
 millibus Aegyptiorum: Græcis ad septem millia: Aphrorum autem parte di-
 midata: loca ea insedit: unde facile impetus fieri posset. Eo modo utrinq; instru-

Pelusium.

Partitio ex
ercitus Per
sarum

Rosaces

Aristaza-
nes

Bagoas.

Nectanebi
copia

etis rebus: Nicostratus Argiuorum Dux: ducentibus eum ægyptiis: quorū liberi & uxores obsides tenebantur a Persis: per fossam quandam in locum minus apertum transiit cū suis copiis: ibiq; uallo munitis castris consedit. Tunc qui in propinquo ris loci præsidio erant milites mercenarii: ægyptiorū haud pauciores septē millibus ut hostium aduentum persenserunt: ad eos repellendos sunt progressi. Horum præfectus Clenius Cōus cū aciem ad conferendum prælium instruxisset: ab hostibusq; idem esset factū: atrox certamē initum est. In quo Græci: qui sub Persis merebant: egregie pugnantes: Ducem Clenium & militū eius plus quinq; millibus interfecerunt: Eam cladem Nectanebus Rex audiens ualde est perterritus: inde coniciens reliquas Persarū copias citra impedimentum flumen traiecturas esse: ueritusq; ne Memphim omnes hostium uires cōuerterent: statuit ei rei prospicere: Ducto igitur exercitū quem secum habebat: illuc contendit: & quæ ad oppugnationem sustinendam essent usui: præparauit. Interim Thebanus Lacrates qui primum agmen apud Persas curabat: Pelusiū magno conatu cœpit oppugnare: deriuataq; aliorum fossæ aqua: per exsiccatum locum & peruium machinas ad urbis mœnia adduxit. Magna autē ex parte eis deiectis: summa celeritate: qui intus erant: alterū murum cū ualidis turribus ligneis excitarunt: cumq; dies aliquot eiusmodi mœniū oppugnatione durasset: primo Græci: qui in oppidi ppugnatione erant: fortissime hostibus resistebant: Sed postquam de Nectanebi regis discessu Memphim certiores facti sunt: miserūt ad Lacratem: qui de re componenda agerent. Recipienteq; eo per iusiurandū ipsos si Pelusiū dediderint: cū rebus: quas secum ferrēt: citra offensionem in Greciam deuectū iri: oppidi deditionē fecerunt. Ad quod recipiendum cū Artaxerxes Bagoam cū barbaris militibus misisset: in urbis ingressu Persæ Græcorū abeuntiū res multas: quas secum exportabant: arripuerunt. Ibi Græcis de iniuria: qua afficiebant: graui- ter expostulantibus: deosq; iurisiuradi præsides implorantibus: Lacrates in iram cōcitatus: facto impetu barbaros repulit: aliquot ue eorū interfectis Græcos: qui sub fide uiolabantur: strenue tutatus est. Bagoas coniectus in fugam iuit ad Regem: ei q; de Lacrate multum est questus. Artaxerxes: re cognita: Bagoæ milites pœna merita affectos fuisse: in super de rapinæ illius autoribus supplicium summi debere: iudicauit. Eo itaq; modo Pelusium a Persis recuperatum est. Mentor uero cui tertii agminis cura demandata fuerat: Bubastum & complures alias urbes: Calliditate quadam militari captas in ditionem Regis attraxit. Cum in earum quauis præsidium mixtum & Græcorū & Aegyptiorum militū esset. Mentor eiusmodi uerba in castris suis palam habuit. Artaxerxen deliberasse eos qui sibi ultro urbes dederent: humanissime tractare. Qui rursus ui superarentur: in eos cladem inferre non mitiorem ea: q; Sidonii passi fuissent. Iniunxit post id custodibus portarū: libere permitterent egredi: qui ab se uellent trāsugere. Ita nullo impediēte captiui Aegyptii: qui erant in castris abeuntes: breui per omnes Aegypti urbes uerba illa disseminarunt. Inde q; inter mercennarium militem & indigenam dissensiones subito ubiq; exorta sunt. Et in omnibus urbibus seditiones cœperūt uigere. Vtriq; enim per quandam æmulationem studebant: seorsum prodere loca: q;bus præessent ut soli aliquod emolumentum consequerentur. Cœpta est ea res primū Bubasti. Statim enim uero: ut Mentor & Bagoas cum exercitu prope urbem consederūt: clam Græcis: Aegyptii quendam miserunt ad Bagoam pollicentes urbem tradere: si se saluos præstaturus fuerit. Id

Palusii deditione.

Stratagemata

Seditio Bubasti

rit. Id Græci perfer-
rem: uti erat: ab eo
aliquos infecerunt
feretrahē: Qui B
urbem ab se accip
nerant: secreto inu
facto adorirentur.
trante: postquā mu
tus erant: aggressi
tis suæ spem in Me
in posterum se nihil
am dimittendum: si
retur: induxit: factū
præstito & accepto
deruti apud Regem
uel amicorum uel co
ximus præses Asia:
cum græcos multos
summa & fide & ani
ctum agebat tam be
Mentore firmauerat
minus: neq; Artaxer
tem: in eligendis no
batur: nihilq; huic p
singillatim: cum ad
Bubasti deditionem
ditiones: uenerunt.
dens hostium succe
ret: se obicere: desp
pacto Artaxerxes te
cris adibus direptis
ribus templi scriptas
sacerdotibus Aegy
iusq; merito: Græcos
ab se dimissis: & Phe
bylona reuersus est:
nue gestis: auctus.
mæ consules fuerunt.
gno adiumento sibi su
uexit: p q; eius uirtute
nauit. Et Asia: quæ ad
ei bellum contra rebel
clam haberet cum Art
lo contenderant: & ex

rit. Id Græci persentientes missum hominem comprehenderunt: terroremq; iniecto rem: uti erat ab eo intellexerunt: exq; eo commoti ualde in Ægyptios inuadentes aliquos interfecerunt: aliquibus etiam uulneratis: reliqui in partē quādā urbis coacti sūt se retrahere: Qui Bagoæ quid contigisset significantes: orabant: ut ocyus accedens urbem ab se acciperet. Græcis: qui clanculum ad se pro firmandis pactionibus uenerant: secreto iniunxit Mentor: cum Bagoas in urbem uenisset: ut barbaros impetu facto adorirentur. Bagoas deinceps cum Persis: absq; Græcorum assensu: in urbē intrante: postquā multa pars intromissa est: subito Græci portas claudētes: eos qui intus erant: aggressi: omnes interfecerunt: & ipsum Bagoam ceperunt. Is omnem salutis suæ spem in Mentore uidens positam: orauit: uti se liberatum ueniret. professus in posterum se nihil nisi ex eius consilio facturum. Tunc Mentor Græcos ad Bagoam dimittendum: sibiq; faciendam urbis deditionem: ut eius receptæ titulus sibi daretur: induxit: factusq; ita salutis Bagoæ autor: rerum omnium societatem cum eo præstito & accepto iureiurando: iniuit: quam ad extremum uitæ seruauit. Euenit inde: uti apud Regem concordēs: mutuocq; alter alterum iuuantes: tandem omnium uel amicorum uel cognatorū Regis ambo potentissimi euaserint. Mentor enim maximus præses Asiæ: quæ maritima est declaratus: multum profuit rebus Artaxerxis: cum græcos multos conductos subinde ei mitteret: ipseq; illic omnia administraret summa & fide & animi magnitudine. Bagoas uero in superioribus locis: ubi præfectum agebat tam bene ex Regis re omnia gessit: uti per eam societatem: quam cum Mentore firmauerat: non minoris autoritatis factus sit: quam si Regni ipse esset dominus: neq; Artaxerxes aliquid absq; eius consilio ageret. Quin etiā post ei⁹ mortem: in eligendis nouis Regibus semper Bagoæ sententia & nominatio rata habebatur: nihilq; huic potestatis regiæ: præter Regis appellationem deerat: quæ omnia singillatim: cum ad ea peruenerimus tempora: exponemus. In præsens quidē post Bubasti deditionem: reliquæ urbes perterrefactæ in Persarum Ius: per certas conditiones: uenerunt. Tunc Nectanebus Rex: qui ad Memphim commorabatur: uidens hostium successus: minime ausus est periculis: ut copias ad conflictum duceret: se obicere: desperatisq; regni rebus: cum pecunia ingenti in Æthiopiā fugit. Eo pacto Artaxerxes totius Ægypti potitus insigniorum urbium moenia diruit: & sacris ædibus direptis: magnam uim coegit auri & argenti. Abstulit etiam ex antiquioribus templi scriptas tabulas: quas postmodum Bagoas: accepta magna pecunia: sacerdotibus Ægyptiis restituit. Prosequutus autem muneribus honorificis pro cuiusq; merito: Græcos: qui secum militauerant: eisq; omnibus: ut in patriam redirent: ab se dimissis: & Pherendate Ægypti præfecto constituto: cum toto exercitu Babylonæ reuersus est: spoliis & pecunia multa: sed maiori longe gloria: ex rebus strenue gestis: auctus. QVO uero anno Athenis Calimachus imperauit: & Romæ consules fuerunt. M. Fabius: & P. Valerius. Artaxerxes animaduertens magno adiumento sibi fuisse Mentorem in bello Ægyptio: eum ultra amicos alios prouexit: p̄p̄ eius uirtute honoratū: centū talentis argenti: aliisq; pretiosissimis reb⁹ donauit. Et Asiæ: quæ ad mare est: præfecit. Data insuper summi imperatoris potestate ei: bellum contra rebelles suos demandauit. Tunc Mentor cum necessitudinem arctam haberet cum Artabazo & Memnone: qui superioribus annis cum Persis bello contenderant: & ex Asia demum fugientes ad Philippum in Macedoniam se cō

Mentoris
calliditasMentoris
& Bagoæ
potentia.Nectanebi
fugaAnimad
uersio in
Ægyptios

Annus. XII

Memoris
res gesta

DIODORI

Hermias

Parisades
Ann^o. XIII.

Olynthus
prod.

Auro Ma-
gis: quam
armis imp.
auctum.

Demosthe-
nes.

Apophthe-
ma.
Armis
resist. auro
expugnant

tulerāt: ibiq; morabatur: Regi supplicās p̄suasit: illis cōmissi criminis: ueniā indulge-
ret: protinusq; eos ambos cū liberis ad se accersuit: Habebat sane Artabaz⁹ ex Mē-
toris & Mēnonis sorore susceptos filios mares undecim: scēminas decem: Delecta-
tusq; plurimū ea p̄le numerosa. Mentor⁹ iuuenes⁹ datis in exercitu suo p̄fecturis⁹
honorauit. Primā autē expeditionem cepit contra Hermiam Aternēsū Tyrannū: q
ab Artaxerxe defecerat: & loca cōplura bene munita: ac urbes tenebat. Huic⁹ pollici-
tus se inductur⁹ Regē ad remittendā culpā⁹ p̄suasit: ut secū ueniret in colloquiū: Ibi
ex insidiis facto impetu⁹ eum prehēdit: potitusq; ita ei⁹ annulo: scripsit literas in ciui-
tates: tanq̄ Hermias diceret: sibi pacificationē inritam eē cū Artaxerxe⁹ intercedente
Mentore: signatasq; raptō annulo literas misit p̄ quosdā: qui oppida & arces p̄ Re-
ge acciperent. Populi: quib⁹ literæ sunt redditæ: fidē p̄stantes: & quod a pace nō
abhorrent: facile arces & urbes dederunt. Ea calliditate cū Mētor⁹ citra periculū
belli rebelles urbes recuperasset: in maximā Regis gratiā uenit: quod uideret indu-
stria & ingenio singulari bellicā rem tractare. Pariter & p̄ceps alios: qui ab imperio
Persarū descuerāt: partim ui⁹ partim dolo aliquo omnes deuicit. Et hæc qdē in Asia
gerebant⁹. IN Europa uero Philippus Macedonū Rex inuadens cū exercitu in ur-
bes Chalcidēses⁹ Geram arcē ui expugnatā diruit. iniectōq; inde aliis terrore⁹ aliquot
urbes īperio suo coegit parere. Pheras postmodū: quæ sunt in Thessalia: p̄fect⁹ Pi-
thalū: qui ibi dominatū occupauerat: expulit. Circa eadem tempora Spartacus iam
annos quinq; Ponti Rex⁹ diē suū obiit: suffect⁹ est frater Parisades: q annos octo &
triginta regnauit. EL Apso anno hoc Atheniēses Principē Theophilū: Romani. C.
Sulpitiū & C. Quintium cōsules habuerunt: cū in ita Olympiade octaua supra cen-
tesimā uictor fuit in stadio Polycles Cyrenensis. Tūc Philippus intent⁹ summo stu-
dio: ut Micybernā & Toronen Hellespōti urbes caperet⁹ citra periculū aliquod⁹ per
proditiōē eas obtinuit. Cōuersus deinde cū ualidis uirib⁹ ad maximā ei⁹ regionis
urbē Olynthon⁹ initio p̄līs duob⁹ Olythios deuicit: & in urbē cōpulit. ceptaq; ob-
sidione: dū subinde tentat expugnationē: multos suorum amisit. Tandē pecunia cor-
ruptos Lathenē & Euthycratē⁹ summos magistrat⁹ in urbē induxit: uti eam sibi p̄-
derent: quā captam diripuit: oppidanosq; omneis cū p̄da alia uendidit. Eo facto
pecuniā multam⁹ ad belli usum⁹ cōsequut⁹ est: ceterasq; urbes sibi resistentes perter-
ruit. Datīs autem munerib⁹ meritis unicuiq; militū: qui strenue pugnauerant: ingen-
ti pecunia missa⁹ sibi cōciliauit eos: qui ī urbib⁹ uariis potētiæ maioris erant: adeo: ut
multos ad patriā prodēdā illexerit. Nec ipse id dissimulabat⁹ se magis auri copias: quā
armis imperiū auxisse palā solitus asseuerare. Athenienses qb⁹ iā Philippi incremen-
ta erant suspecta oib⁹: in quos Philippus bellū susceperet: auxilia contra eum mitte-
bant. Per legatos etiā adhortabant⁹ ciuitates. ad libertatē tuendā: & suppliciū de his
ciuib⁹: qui proditiōē molirent⁹: sumēdū. omnib⁹ eis auxilia pollicētes: itaq; se Phi-
lippo hostes professi⁹ a parte cū eo bellū gerebant. Inflāmabat eos maxime ad p̄pu-
gnationē Græciæ Demosthenes⁹ tunc tēporis Græcorū omnium acerrimus in dicen-
do. Sed nullo pacto reprimi ualebat indomita libido: quæ plerosq; occupauerat: ur-
bes suas pdēdi. Tam late pestis illa Græciam tūc infecerat. Propterea aiunt Philip-
pū cū urbē quāpiam egregie munitā cape conaret⁹: ac ei⁹ loci qdā cōtra oēm ipetū
tutissimā: ac ferme īexpugnabilē eā eē diceret: q̄siuissē⁹ nū ēt aux⁹ ei⁹ urbis moenia trā-
scendere: esset īpossibile. Exptus nimis erat Philippus: q̄ armis capi nō possint: auro
facillime

facillime expugnari solere. Præparans igitur largitione in urbibus peditores: eosque: quantâ fœditatē in se admittebāt: honestis nominibus nunc amicos: nunc hospites appellitās per eiusmodi ifanda cōmercia munere uerborūque: mores hominum maxime corrumpebat. Ab Olynthi uero expugnatione in Deorum honorem per concessa uictoria Olympia celebraturus splēdidissima pēgit sacrificia: & cōuocata ingenti hominum multitudine certamina edidit pulcherria: multosque Hospites: quod spectaculū cōuenerāt: cōuiuio ac cepit. Ibi sermonibus & iuitatione ei loco accommodata usus multis pocula sua manu porrigebat abs se p̄gustata. Nō paucis mīera ē largitus: in uniuersūque oēs p̄missionibus amplius p̄sequutus effecit: ut quā plurimi amicitia suā audivissimè expeterēt. Aduertēs autem in cōuiuio ex amicis quēpiā Satyrus nomine p̄se ferētem nescio quid triste rogauit: cur solus aliqd hūnitatis suæ expiri nō dignaret. Illi munus aliquod ab eo se cupe dicenti: sed uereri: ne intentione sua patefacta frustra hēret: Philippus exhilaratus cū p̄mississet: quācūque petierit: se libētissime cōcessurū. Hospitis cuiusdā sui uirgines duas adulescē tulas nouis maritis despōsitas: quę cēnt iter eius captiuos: se libenter recepturū dixit Satyrus: nō ut ex eo munere lucri aliqd cōsequeret: sed ut addita ēt de suo dote in matrimoniu eas traderet: ne ue iniuriā tenera ætate idignā sustinere eas uideret. Philippus petitionē hāc libētissimo animo accipiēs uirgines duas statim Satyro cōdonauit: multisque aliis muneribus & bñficiis eo mō disseminatis: cumulatiora benignitatis prēmia recepit. Multi enim uero spe liberalitatis eius ducti alter altere prauēire studebāt: se ipsos & patriā in Philippi potestatem dedētes. IAM uero iperante Athenis Themistocle & Romæ consulibus C. Cornelio: & M. Popilio. Bœoti cū agros Phocensium populi essent: ad Hyampolim manus cōferentes uictores fuerūt: circiter sexaginta e numero hostiū interfectis. Deinceps iteque cū Phocēsi bus p̄pe Corōeā cōgressi: accepta magna clade repulsi sūt. Cumque in Bœotia insigniores quædā urbes eēnt Phocēsi um ditionis. ad eāque agros uastādos uersi Bœoti frumēta omnia destruxerūt. In reditu uero hostibus occurrētes sūt p̄fligati. Circa id tēpis Phalecus Dux Phocēsiū sacra pecuniæ ablata postulat: ē: priuatoque iperii honore: quē gerebat: successores treis dati sunt Dinocrates: Callias: & Sophanes: per quos eius criminis quæstio habita est: Petebant sanē ab his: qui eā tractauerant: rōnē uti redderēt. Philon fuerat quidam p̄cipuus in eiusmodi administratiōe. Is: cū haud satis exhibēdæ rōni faceret. capite ēdānat: excruciatūque a Ducibus nup̄ electis sceleris socios p̄didit. Grauiſsimis demū suppliciis affectus eū uitæ finē: quē sua impietas merita est: habuit. Alii: quod de sacris rebus ditiores facti: magnā pecuniā furto sibi cōparauerāt: eā restituere: & p̄cenas ut sacrilegi dare sunt coacti. Ex superioribus autem Ducibus Philomelus: qui primus iperauerat: a rebus sacris: quātū necessitas p̄missit: manus cōtinuit. Sed: quod ei successit: Onomarchus multū dei pecunia in belli sumptus usus est. Tertiū Phayllus frater Onomarchi non pauca munera: quę in tēplo fuerant cōsecrata: ad pecuniā signādā cōflauit: ut cōducto militi stipēdia exolueret. Dicatos siquidē a Cræso Lydorum rege lateres aureos cētū uiginti: quibus pondus erat talenta bina: acceptos pro cōficiēdis nummis disecit: pariter & aureas trecētas sexaginta Phialas binis minis expēsas: Leonisque & scēminæ signo aurea: ut ea omnia auri talētis trecentis & triginta æstimata fuerint: redactisque omnibus quæ ex auro sunt cōflata: ad argenti rōnē. Talēta quatuor millia p̄ficerent. E rebus autem argēteis quātū a Cræso: tū ab aliis fuerāt cōsecrata: Duces oēs absumpserant ad summā talētorum supra sex millium: ut auri argenti que totius rōne inita. Talēta essent

Phi.urbani
tas.

Satyrus

Ann. XIII

Sacrilegii
quæstioOpes apol.
delphico
dicata.

plus decē millib⁹. A scriptorib⁹ nōnullis traditū est: opum hīc correptū nō minus fuis-
set atq; illud qđ in Persarū thesauris ab Alexandro inuentum sit. Aggressi quī etiam
fuerant: qui sub Phalæco ordines ducebant: aperire solū Tēpli: cum a quodā esset di-
ctum: argenti & auri magnam uim ibi defossam esse. Iamq; loca circa focum & Tri-
podem excauere cōeperant. Qui uero thesaurum indicauerat: testimo nio clarissimi
& antiquissimi poetæ Homeri nitebatur: ubi ait.

„ Quanta pauimētum interius non claudit: Apollo

„ Nunc ubi saxosa Pythone oracula reddit.

Miracul⁹. Sed cū a militib⁹ loca ppe Tripodē foderent: magnis terræ tremorib⁹ factis. Pho-
cēses ualde sūt pterriti: planeq; ita Deis animaduersionē in sacrilegos prēmōstrātib⁹
ab eo negocio destiterūt. Ac Philon: qui facinoris tā impij Dux & autor fuerat: bre-
ui poenas meritis exoluit. Sed enim pecūiæ sacræ interuersæ licet crimen totū Pho-
cēsisbus adscriberet: nihilominus Atheniēses & Lacedæmonios: q Phocēsiū cām &
sensu: & auxiliis tutabātur: nō parē cōtīgebat: ideo maxie: qđ stipēdia p militū nume-
ro: quos auxilio eis miserāt: nō fuerāt exoluta. Atheniēses sane ea tēpestate uident p
ni ualde fuisse ad faciēdas Apollini contumelias. Paululū. n. supra Delphicæ direptio-
nis tēpora: cū Iphicrates eorū Dux cū classe circa Corcyrā uersaret. Dionysiq; Sy-
racusarum tyranni naues: quæ Delphos & Olympiam signa facta ex auro & ebore
deuehebant: apprehendisset misissetq; ab Atheniēsi populo q̄sitū: qđ nam in ea re
agendū eis uideret: Atheniēses respōderūt: laborādū nō eē ei i reꝝ diuinay respectu:
Sed pspiciēdū: quo modo milites suos sustētarer. Iphicrates ciuitatis, suæ uoluntati
obsequit⁹ capta deorū ornāmēta uēdidit. Propterea Tyrannus in Atheniēses cōmo-
tus: ep̄lam hāc eis scripsit. Dionysius Senatui & populo Atheniēsi salutē scribere: mi-
nime decere existimauit. Cōtra Deos & mari & terra sacrilegia cōmittitis. Statuas q
dē a nobis: ut diis dicarent. missas: & rapuistis & cōstastis: Neq; in Deos maximos
Apollinē scilicet Delphicū: & Olympicū Iouē scelus īpiū adeo patrare ueriti estis.
**Verbum
impium** Eiusmodi rē fecerūt Atheniēses cōtra Deū illū: quē subide iter populares, & maiores
suos nuuerare p ostērationē solebāt. Pariter & Lacedæmonii: q ex cōsilio Delphi-
Epistola ci Oraculi Rēp. apđ gētes oēs admirabilē sibi īstituerāt: q ue ea tēpestate de maiori
bus reb⁹ Deū Apollinē cōsulebāt: nō ueriti sūt: cū Tēpli raptorib⁹ scelestissimā inire
cōspirationē. SED enī Phocenses in Bœotia urbes treis Orchomenō. Coroneā: &
Corrias cū haberēt: inde mercēnario milite affatim eis suppetente: contra Bœotos
copias parabāt: eorūq; agros populabant: Neq; ad faciēdas incursiōes: aut certami-
na cōmittenda: eorū locoꝝ hoīes Phocēsisb⁹ deficiebāt. propterea bello multū attri-
ti Bœoti: militū suorū multis ammissis: & pecuniæ inopia laborātes. legatos ad Phi-
lippū: qui auxilia peterent: miserunt. Ille: cū Bœotum res afflictas: ut spiritus eorū in-
flati ex uictoria leuctrica aliquantulū cōminuerent: libēti animo uideret: milites per-
paucos dedit: id tantū curās: ne Orauli direptionē nihili æstimare uideret. Cū ue-
**Diuina ani-
mad. in sa-
crilegos.** ro Phocenses ppe Abas: unde nō multū abest Apollinis tēplum: arcē extruere nite-
rent: Bœoti in eos inuasērūt: subitoq; pars palantes in oppida proxima fugā arripue-
rūt: alii ad quingētos in tēplum cōfugientes: extincti sunt miro quodam modo: ut
cū multa eo tēpore Phocēsisbus aduersa diuinitus acciderint: id maxime omnium
quod referem⁹: ita factū esse uideat. Qui ad templum cōfugerāt: Deorū auxilio se
saluos fore existimabāt: sed sec⁹ accidit: diuina siquidē puidētia poenā: quæ sacrile-
gis conueniebat

gis cōueniebat: eis inflixit. Erant circa Tēplū lecti & mēsa cōplures: cūq; i tētoriis Phocēsiū: q ad tēplū se receperāt: ignis relicto casu lectū unū icēdissent: tāta repente: adeoq; sup oīum fidē flāma excitata est: ut Tēplū & Phocēses: q eo se cōtulerāt: uiui incēsi sint: Visusq; est De⁹ salutē: q supplices petiuerāt: eis idulgere noluisse. IN Se Annus XV. quēti uero anno: quo Athenis Archias Princeps Romae Cōsules. M. Æmili⁹ & T. Quīti⁹ fuerūt: Phocēse bellū: qd durauerat in annū decimū: ad hūc modū finē ha Finis sacri belli. buit. Bceotis & Phocēsi⁹ pariter ex belli diuturnitate debilitatis ualde alteri ad La cedamonios miserūt petitū auxilia: unde Armatos mille Duce Archidamo Rege obtinuerūt: Bceoti uero cū ad Philippū legatos itidē pro auxiliis misissent: Philip⁹ p⁹ acceptis secū Thessalis: cū ualido exercitu in agrū Locrēsem cōtendit. Ibi Phalac⁹ cū: qui pridē Phocēsiū Dux fuerat: tūcq; magnā cōductoꝝ militū manū habebat: in ueniēs: ut cū eo dimicationē inita belli euetū experiret: aciē instruxit. Erat Phalac⁹ Ni ceax: q animaduertēs Philippo se esse uirib⁹ iparē: misit ad eū legatos: pro reb⁹ suis cōponēdis: Pactusq; ut sibi & suis militibus pmitteret: quo uellet: discedere: cū octo millib⁹ hoīum: secū faciētū stipēdia: cōcessit i Pelopōnesum. Tūc spe omni destituti Phocēses se se Philippo dederūt: Itaq; citra dimicationē: quod nō sperauerat: Phi lipp⁹ bello sacro cōfecto: adhibitis in cōsiliū Thessalis & Bceotis: deliberauit Amphi ctyonū cōciliū habere: eorūq; arbitrio cognitionē oīum integrā relinquere. Igit⁹ Am phietyones: inito cōsilio: decreuerūt. Philippū eiusq; posteros in collegiū suū coo ptari: cū duorū suffragioꝝ iure: quā debellati Phocēses habuissent: Urbibus tribus Phocidis mœnia solo æuari: Ne ipsi Phocēses: aut sacri tēpli: aut amphietyonū cō cillii aliquo mō participes essent: Ne eis dē equos: aut arma habere liceret: dōec subre ptā oēm pecuniā Deo exoluissent: Phocēses aut aliosq; qui sacrilegio eo inquinati aufugissent: scelestissimos haberi: exq; oib⁹ locis ipūe retrahi posse: Vrbes omneis: quā Phocēsi⁹ pareret: dirui: & redigi in pagos: q haberent domos nō plures sexa genis: qui ue haud minus interuallo stadii unius inter se distarent: Agros suos habe rer: sed eorū uectigal annuū: talenta sexaginta Deo pēderent: quoad pecūiā: in ratio nib⁹ scriptā tēpore Tēpli direpti: satis Deo fecissent: Philippo: Thessalis & Bceotis ius Pythia certamina curādi eē quod Corinthii Phocensib⁹ in regē sacrarū interuer sione: adiutores fuissent: Philippū cū Amphietyonib⁹ arma Phocensium auxilio rūq; cōfingere: eorūq; frustra: quā superessent: incēdere: equos per auctiōnē distra here. Ab his Amphietyones alia nonnulla: quā ad Oraculi refectionē ad pietatē pa cēq; & cōcordiā Græciæ faciebāt: cōstituerunt. Quā omnia eorū scita Philippus cō probauit: deq; oib⁹ ingentes eis ægit gratias. In Macedoniā demum est reuersus: pietatis & bellicæ uirtutis magna sibi cōparata gloria. Sed lōge maiora instrumēta augendi res suas ide nactus est: cū toto aīo id moliret: ut a Græcia Imperator nomi natus: p eam occasiōnē in Persas bellū susciperet: qd tādē ē factū. Sed de his oib⁹ suo tēpore mētionē singillatim habebimus. In præsētia ad historiæ cōtextum rede untes operæ pretium esse iudicamus: palam facere: Deos illis oib⁹: qui in Oraculo diripiēdo deliquerint: pœnā meritam iniecisse: neq; eos duntaxat: qui sacrilegii arti fices fuerunt: sed omneis prorsus: quos illud crimē uel leuiter attigit: nullo pacto in uectam a Deo punitionē effugere ualuisse. Princeps enim Templi occupādi autor Philomelus: casu quodam belli aduerso: se se præcipitem dedit. Onomarchus dein electus Dux ab iis: quibus nulla spes bona erat: cum Phocēsi⁹ & milite mercen/

Phalæci ca-
lamitates

Archidami
mors

Agis

Phalæci
mors.

natio in Thessalia interfectus: & de cruce suspensus est. Tertius Phayllus: qui multa rerum sacrarum destruxerat: diuturno confectus morbo: haud breui potuit a crucia-
tu liberari. Qui uero post omnes eos: quicquid in Donariis reliquum erat corripuit: Phalæcus in uariis magnisque periculis & timore uitam longam satis duxit: non quo fors eius melior: quam cæterorum sceleris impii popularium: esset. Sed ut longior tẽ-
pore cruciatus: multisque ex sua miseria notior factus: igniorum: celebrataque magis cala-
mitate subiret. Post fugam sane: qua Philippi captiuitate uitauit: comoratus est initio in Pe-
lopõneso: sustentas ibi milites suos pecunia: quam reliqua de sacris rebus habebat. Postea Co-
rithi nauibus magnis onerariis conductis: cum biremes quatuor suas habet in Italiã & Sicili-
am transmittere constituit. ibi aut urbem aliquam se occupaturum: aut a quibus stipendio conducere-
tur: Cum eo tpe Lucanis esset bellum cum Tarentinis: inuenturum existimans. Militibus aut suis
asseruabat: se accersitum in Sicilia & Italiã: nauigationem eam suscepisse. Cum igitur itinere
arrepto: iam ulterius in mare progressi essent: milites aliquot: qui eodem nauigio cum Pha-
læco uectabatur: simul uerba habuerunt: suspicantes non esse uerum: ab aliquo se accitos fuisse:
quod itineris ducem aliquem ab eo ad quem irent missum: secum non uidebant. Apparebat etiam nauigationem ceptam non esse rem facilem: sed longam: & pericu-
lis multis obnoxiam. Propterea parum Phalæci uerbis credentes: ac ueriti: ne in
hostilem aliquam classem inciderent: conspirarunt illi precipue: qui in exercitu ordi-
nes ducebant: strictisque ensibus in Phalæcum & nauis gubernatorem irruentes: ut re-
uerterentur: unde nauigationem ceperant: coegerunt: pariter: qui in nauibus aliis
erant cum idem fecissent: retroacti omnes in Peloponnesum redierunt: simulque ad Ma-
leam promontorium Laconiæ impulsit: inibi Cnossiorum legatos: qui ex Creta ad
milites scribendos uenerant: offenderunt. Hi cum Phalæco deductoribusque aliis col-
loquuti: stipendio decenti persoluto: fecerunt: ut secum omnes proficiscerentur:
Statimque: ut Cnossium in Cretam peruenerunt: ab itinere Lycto urbe ui sunt potiti.
Lyctiis autem e terra sua pulsus imperatum breui apparuit auxilium. Cum enim eo
tempore Tarentini bello inito contra Lucanos: legassent ad Lacedæmonios: ue-
luti parentes suos qui auxilia peterent: Hicque animo promptissimo: genti cognata
succurrere uolentes: copias pedestres & nauales: quibus Rex Archidamus præfuit:
comparassent: Transituos eos in Italiam Lyctiis: uti sibi ad patriam recuperandam
auxilio esse uellent: orarunt. Cui rei Lacedæmonii assentientes in Cretam transmisse-
runt: Ibique milite illo mercenario deuicto: urbem suam Lyctiis restituerunt. Dein
de arrepta nauigatione in Italiam: cum Archidamus in Tarentinorum subsidium
uenisset: inito prælio quodam egregie pugnans interfectus est. Vir omnibus im-
peratoris artibus: & toto uitæ cursu multum probatus: præterquam in Phocen-
sibus rebus: quos iuuando uisus est magna causa fuisse Templi delphici inuaden-
di. Regnavit is Lacedæmone annos treis & uiginti: filius autem Agis: qui ei suc-
cessit: quindecim duntaxat annis in regno uixit. Cæsi sunt postea a Lucanis & om-
nes: qui sub Archidamo merebant: direptionis Oraculi & ipsi participes. Pha-
læcus uero Lycto pulsus: ad Cydoniam oppugnandam se conuertit: ubi: dum
machinas moenibus diruendis instruit: easque propius urbem adducit: fulmine in-
cidente: diuinus ignis excitatus illas corripuit: quas plerique ab incendio defendere
conati: igne absumpti sunt. In his fuit & ipse Dux Phalæcus. Aiunt nonnulli: eum
interemptum fuisse a quopiam suo milite: quem uerbauerant. E Phalæci mili-
tibus

bus: qui cladis eius
cuius in Eleos p
in milites illi conducti
& Eleos diuisione fa
mi. Elei suos omnes
modum: qui sacrilegi
uerunt. Nobilissimæ
cedente tempore de
quoque Phocensium
cuius poenas non cu
cium probum incidit
fuerat Eriphyles: sub
in furorem concitatu
Boque pacto: qui Deu
ab ulterioribus Diis a
id factum in dies res
Imperator appellatu
pa: effecit. Sed cum ab
In Sicilia: ortis inte
trahentiumque in diue
ui mitterent. Ducem
nidem inuadere cona
bitrati iis: qui ab se or
moleonta Timaneti.
rei militaris: omnib
tigerat res: quæ ut de
fuit. Timophanes ei
nibus præstabat: diu
lamitosos hoies sust
spatiando: non diffi
præferebat. Huic Ti
natus est persuadere
magis insolescere an
bulans foro. Ipse frat
ad facinus atrox & in
Timoleonta. ut cædis
quippe qui Tyrannic
tur habito: contentio
tibus eius inimicis: qui
altercatio huiusmodi dura
tis: uehementer orassen
est senatui Timoleonta
sus optionem: si facinu
tem Syracusanam admi

tibus: qui cladis eius imunes fuerunt: ab exilibus Eleis in Pelopónesum deuecti sunt: cū quibus in Eleos pugnare occēperūt. Sed enī: cū Arcades opē tulissent Eleis: multi milites illi cōducti: interfecit. Reliqui: ad quatuor millia: captiui inter Arcadas & Eleos: diuisione facta: distributi sunt. Arcades eos: qui sibi obuenerūt: dederunt uenui. Elei suos omnes: ob scelus in Oraculo diripiendo admissum: trucidarūt. Et ad eū modū: qui sacrilegii illius aliquid omnino attigerunt: Deo autore meritas pœnas subiuerūt. Nobilissimæ etiā ciuitates: quæ ea impietate se adstrinxerant: ab Antipatro: succedente tempore: deuictæ: & imperium & libertatē suam misere perdiderūt. Vxores quoq; Phocensium principum: quæ ausæ sunt monilibus raptis se exornare: impii facinoris pœnas nō euitarunt: Quæ enim Helenes monile gestare est solita: in meretricium probum incidit: pulchritudine sua eam expetētibus prostrata. Altera eo: quod fuerat Eriphyles: subinde ad ornatum utens: cum filius: quem natu maiore habebat. in furem concitatus ignem domui iniecisset: intra eam uiuens incēdio extincta est: Eoq; pacto: qui Deum contemptui habere ueriti non sunt: suppliciis: quæ narraui: ab ulterioribus Diis affecti sunt. Rursus: qui Oraculo subsidium tulit: Philippus post id factum in dies res suas auxit. Tandemq; pietatis suæ beneficio: ab uniuersa Græcia Imperator appellatus est. Et suum regnū amplissimum omnium: quæ essent in Europa: effecit. Sed cū abūde satis de sacro bello ægerimus: ad res alibi gestas trāseamus.

IN Sicilia: ortis inter se magnis seditionibus: Syracusani misere multorū: & potētū Timoleon trahentiumq; in diuersa Tyrannide oppressi: legatos Corinthum miserunt orantes: uti mitterent. Ducem aliquem: qui eorum Reipub. curam susciperet: simulq; Tyrannidem inuadere conantium improbitatem coerceret. Corinthii honestissimū esse arbitratū: qui ab se originem traherent: suppetias ferre: illuc mittere decreuerunt. Timoleonta Timaneti. F. præstantissimum uirum: qui uirtute: prudentia & cognitione rei militaris: omnibusq; bonis artibus erat præditus. Huic autem singularis contigerat res: quæ ut deligeretur Dux in Syracusanam expeditionem: non parum profuit. Timophanes eius frater: qui diuitiis: & ingenita quadā cōfidentia Corinthiis omnibus præstabat: diu antea uisus fuerat ad Tyrannidem aspirare: Sed eo tempore calamitosos hoies sustentando: cōparando arma: & cū facinorosorū agmine per forum spatiano: non dissimulabat se Tyrānum esse. Omniaq; prorsus facta eius Tyrānidē præferebāt. Huic Timoleon: alienissimus ab unius Dominatione sustinēda: initio conatus est persuadere: uti a cōcepta re desisteret. Postq; sibi parum audientē illū: in diesq; magis insolescere animaduertit: abiecta omni spe: ut uerbis emendari posset. obambulans foro: Ipse fratrem obrūcat. Excitato inde tumultu: cum Ciues quam plurimi ad facinus atrox & inusitatum accurrissent: seditiones exortæ sunt: partim cēsētib; Timoleonta. ut cædis fraternæ reum: pœna legibus decreta affici oportere. Alteris: quippe qui Tyrannicida esset: commendationem mereri asseuerantibus. Senatu igitur habito: contentio ea inter Senatores pariter uigebat. Timoleōta grauer deferētibus eius inimicis: qui uero mitius agebant cōsulentibus: ut ei uenia tribueret. Cūq; altercatio hmoi durasset: aduētū usq; Syracusanorū legatorū: atq; hi: expositis mādatis: uehemēter orassent: ne senatū morā iterponeret i Duce mittēdo: quē petebāt: uisū est senatui Timoleōta illuc mittere cōducibile esse: pposuerūtq; ei isolitū mirāq; prorsus optionem: si facinus ab se cōmissum diluere uellet. Id enim ei cōfirmarunt: si benetem Syracusanā administrauerit: se eū Tyrannicidam: sin secus & ex animi libidine:

Timoleon
tis res gestæ

Egregiū fa-
cinus Ti-
mol.

Ann^o XVI.

Expedi-
tio
Timol. in
Siciliam.

Miraculū.

Copia Car-
thaginēsiū.

tunc fratris percussorem eundē iudicatos esse. Verū Timoleon non tam ex timore per senatū sibi adiecto: quā uirtutis studio Sicilia rebus bene: & ex gētū usu præsuit. Carthaginēses siquidē debellauit: Recipiensq; e Barbarorū manibus græcas urbes uastatas & desertas: multitudine hoīum frequētes reddidit. De quib; omnibus: post paulo secundum sua tempora: per partes mentionem faciemus: nunc ad narratio-
nis ordinem reuertemur. CVM Eubulus Athenis imperaret: Romæq; Mar. Fa-
bius & Seruius Sulpitius cōsules essent: Timoleon Corinthius adsumptus a ciuib; suis ad curam Syracusanæ Reipū. parabat se uti in Siciliam transiret. Conduxit autē milites exteros septingentos: Triremibusq; quatuor & leuioribus tribus nauigiis mi-
lite oppletis: Corintho discessit. Præter hæc in itinere a Leucadiis & Corcyrensisibus obtinuit tres alias naues. Itaq; nauibus decem fretum: quod Ionium appellāt: trās-
misit. Contigit sane ei internauigādū res præcipua & digna admiratione: ut Deus qspia in suscepta prouincia eum iuuare: & futurā ipsius gloriam: ac rerum gestarum magni-
tudinē: præfagio non obscuro: declarare uisus sit. Continēti enim nocte fax ardēs in Cælo nauiganti ei præluxit: donec in Italiā cum oībus suis copiis peruenit. Prius etiam Corinthi audiuerat: Cererem & proserpinam sacerdotibus suis in quiete uisas esse polliceri: cum Timoleonte se se nauigaturas in sacratam sibi insulam. Propterea ipse Dux Timoleon: ceteriq; omnes læto animo erant: diuinam opem sibi haud dees se conspicientes. Nauem etiam: quæ omnibus aliis melior est uisa: Deæ: numini dica-
uit: instituitq; uti Cereris & Proserpinæ sacra nauis nominaretur. Peruenit autem in-
columis cum suo exercitu Metapontium in Italiam. illuc & Triremis legatorum Car-
thaginēsiū statim superuenit: qui Timoleontem conuenientes: ne belli initium face-
ret: neue omnino in Siciliam transiret: ei denuntiarūt. Sed Timoleon: cum ad traiciē-
dum Rhegini eum inuitarent: & auxilia pollicerentur. Metapōtio quā primum disces-
sit: quo sui aduentus famam anteuertet. Verebatur enim plurimum: ne Carthaginē-
ses: qui mari dominabantur: transitum suum in Siciliam interciperent. Adhibita idcir-
co summa diligentia: breui Rhegium contendit. Sed enim Carthaginēses paulo an-
te hæc tempora. futuri belli in Sicilia magnitudinē prospicientes: erga Insulæ ciuita-
res socias summam benignitatem ostentabant: Cum Tyrannis: ueteribus controuer-
siis positus: amicitiam firmauerunt: præcipue cum Iceta: qui Syracusis dominabatur: quod eius magna esset potentia: Comparatasq; ingētes nauales & pedestres copias: præfecto Annone duce: miserunt in Siciliam. Erāt autem naues longæ centū & quin-
quaginta peditum quinquaginta millia: trecenti Corrus bellici: & bigarum ultra duo millia. Præter hæc: arma telaq; omnis generis: machinæ ad oppugnandas urbes mul-
tæ. Cōmeatum & aliarū rerum: quæ bello usui sunt opinione oīum maior copia. Pri-
maq; expeditione contra Entellenes suscepta: eorum agrum populati ad Oppidi ob-
sidionem accesserunt: Tenebāt locum eū Cāpani: qui magno hostiū numero pterri-
ti: ad ciuitates Carthaginensibus inimicas auxilia petiit miserunt. Alii omnes eam rem detrectarunt: Soli Galerenses mille armatos dederunt: qui in itinere Pœnis ob-
uiam facti: eorum multitudine circumuenti omnes & interfecti sunt. Campani: etiam qui Aetnam habebant: initio comparauerant auxilia: quæ Entellam: utpote ad gen-
tem cognatam: mitterentur. Sed Galerensium clade audita: a re cœpta supersede-
re deliberauerunt. CVM uero Syracusarum urbs esset in Dionysii manibus: Icetas cum ualido exercitu eo contendit: Iamq; uallum circa Olympium iecerat: & om-
nibus

nibus uiribus Ty-
dies protracta
sicut iret ad Leo-
num agmen inco-
bus millib; arma
summa celeritate
raculis absq; insu-
moleon tribus di-
ge ab urbe copia
statim aduenerunt
cionem uocato
ad hoc intentu
nibus excubabā
dem præsens pro-
nouem e suis nau-
Rheginorum or-
cione se subripie-
ne enauigauit. C-
gno spatio progr-
menitū appelleren-
fissimus: qui hum-
tium ut salui essen-
armatoꝝ electis co-
lōge ab oppido ca-
Timoleon cum mi-
superuenientis oc-
so lictæ exercitū
Captiuosq; ferme
per rem strenuita-
Totūq; illud iter c-
raculas: cū nullis i-
præsenti cōtigerunt
& M. Popiliū cō-
Aristolochus Ath-
cusserunt. In caria
iūx & soror suffecta
acceptis in societate
mirificus tumultus in-
uam urbem: Reliqui
iorem cum classe nau-
sent cum peditatu qu-
perterritus eēt Timol-
rerum mutatio subse-
non paruas copias

nibus uiribus Tyrānū Dionysium expugnare conabatur. Sed obsidione in multos dies protracta cū necessariū rex inopia premeret. Ictas ab oppugnatione discessit: ut iret ad Leontinos: unde se prius mouerat. Abeūte Dionysius insequutus extremum agmen incessendo fecit: ut cōuersus Ictas man⁹ secum cōfereret: qui ferme tribus millib⁹ armatorū sub Dionysio merētium cāsis reliquos in fugam cōpulit: usq; summa celeritate in eis persequendis. irrupit simul cū fugientibus in urbem: & ita Syracusis absq; insula potitus est. In huiusmodi statu erant Dionysii & Ictæ res: cū Timoleon tribus diebus post captas ab Ictea Syracusas Rhegium perueniens nō lōge ab urbe copias suas de nauibus exposuit: & eodē uiginti Carthagenensiu triremes statim aduenerunt. Tunc Rheginis: qui Timoleonis rebus fauebant: populo ad concionem uocato agere cōeperunt de pace inter illos cōponenda. Ibi Carthagenenses ad hoc intenti: ut reditus in patriā Timoleonti persuaderet: parum diligēter in stationibus excubabāt. At Timoleon nullo eius: quod mollebat: dato indicio. Ipse qui dem præsens prope consultantū sē ggestum stabat. Sed clanculum admonuerat: ut nauem e suis nauibus in altum abducerentur: Deinq; animis Carthagenensium ad Rheginorum orationē: quæ dolo in lōgum producebatur: cōuersis clanculum e concione se subripiēs adcurrit ad nauem: quam sibi relinqui fecerat: ac summa festinatione enauigauit. Carthagenenses ita delusi conati sunt abeūteis insequi. Sed cū illi magno spatio progressi essent: noxq; iam immineret: factū est: ut citra offensam Tauromeniū appellerentur. Eiloco præerat Andromachus Syracusanorū libertatis studiosissimus: qui humaniter Timoleonem suosq; omnes accepit. Et ab impetu persequentium ut salui essent: non parum profuit. His ita hic pactis Ictas cum quinq; millib⁹ armatorū electis contra Adranitas: qui suas partes sequi nolebāt. profectus est: & nō lōge ab oppido castra posuit. Tūc militibus aliquot a tauromeniensibus impetratis Timoleon cum militibus circiter mille contra Ictam tauromenio discessit. Noctisq; superuenientis occasione adiutus iter Adranum ita cōfecit: ut sequēti die ex improviso Ictæ exercitum prædentē inuaserit: Et in castra irrūpens plus trecētis interfecerit: Captiuosq; ferme sexcētos comprehenderit: Castrisq; ipsis potitus fuerit. Aliam insuper rem strenuitate eadem peregit. Subito enim ad ipsam urbē Syracusas cōtendit. Totūq; illud iter currēdo emensus adeo: ut a pugna fugienteis hostes præuerit: Syracusas: cū nullus ibi huiusce rei timor esset: facile intrauit. ET hæc quidem oīa anno præsentis cōtigerunt: quo uero Atheniēses principē Silyciscū: Romani. M. Valeriū: & M. Popiliū cōsules habuerunt: labēteq; nona & cētesima Olympiade in stadio Aristolochus Atheniēsis uictor fuit: Romani primū cū Carthaginēsis fœdus percusserunt. In caria cū Idrieus ibidē septenniū princeps mortem obiisset: Ada eius cōiūx & soror suffecta est: quæ ad annum quartum imperauit. Timoleon autē in Sicilia acceptis in societatem Adranitis Tyndaritib⁹ nō parua auxilia ab eis obtinuit: Eratq; mirificus tumultus intra Syracusas: cū Dionysius Insulam: Ictas Achradinam: & nouam urbem: Reliquum omne urbis teneret Timoleon: & Carthagenenses portū maiorem cum classe nauium centum quinquaginta intrassent: Terraq; castrametati essent cum peditatu quinquaginta millium. Quæ ingēti hostium multitudine cū ualde perterritus eēt Timoleonis exercitus: inopinata: & quæ nullo cōsilio parari potuisset: rerum mutatio subsequuta est. Primo omnium Marcus Catanensium Tyrannus: qui non paruas copias secum habebat: Timoleonti adhæsit. Post id urbes cōplures: ita

Stratagemata

Timoleonis strenuitas

Ann⁹ .xvii.

Fœd⁹ Ro. & Carth. Ada.

Mirus Syracusarum status

Philippi in
crementa

Ann^o xyiii.

Mirum ua
riantis For
tunæ exem
plum

Famulus
Iouis
Olympii.

Phi. res au
stæ.

Tbeopom
pus.

dio libertatis cōsequendæ ad eundē defecerūt: Nouissimeq; a Corinthiis naues decē cum auxiliis & stipendio missæ Syracusas aduenerūt. Propter quæ confirmatus mul tum est Timoleon: & Carthaginenses timore correpti. Classē e portu imprudēter sane eduxerunt: motisq; castris in insulæ partem: quæ suæ erat ditionis: discesserunt. Tunc Iceta auxiliis destituto urbs Syracusarū: cū ciues ei tuēdæ parū sufficerēt: in Ti moleontis potestātē redacta est. Mesene itidē: quæ in partibus Carthaginēsiū erat: ab eodē statim est recepta. DVM hæc in Sicilia geruntur: Macedonia rex Philip pus odio: quod a patre hæreditariū pertinaciter cōtra Illyrios seruabat: icitatus cum ualido exercitu in eorū terrā irrupit: agrisq; uastatis: & expugnatis urbib; multis i Ma cedoniā reuersus est. Postmodum in Thessaliā contendens. Tyrannis aliquot: qui ciuitates opprimebant: expulsis magna beniuolētia Thessalos oēs sibi deuinxit. ex eorū societate sperās: Græcos pariter in amicitia suā traductum iri. quod sane euenit. Cōtermini nāq; Thessalis Græci uicinorū factū sequuti: scēdus cum Philippo inierūt. ANNO uero sequēti: quo Pytodoros Athenis imperauit: & Romæ cōsulatū gesse rūt. C. Plautius: & T. Mālius: Timoleon Dionysio in desperationē magnā ab le cō pulso persuasit: uti arce tradita: & p̄cipatu relicto in Pelopōnesum cū omni sua pecu nia ex cōposito trāsiret: Illeq; ita per ignauiam & animi torporem nobilissimum Re gnū: & quod Adamante reuinctū p̄dicabāt: reliquit: ac Corinthi in magna egestate ui tam traducēs oībus: qui in rebus prosperis temere insolescunt: ex sua uita & fortunæ immutatione exemplum parum speciosum præbuit. Qui enim prius quadringentas Triremes habuerat: nō multo post in pusilla arctaq; nauicula nimirū casus grauissimi spectaculum admirandum ualde. Corinthū se contulit. Timoleon autē Insula & op pidis omnibus: quæ Dionysio parebant: receptis: arces locaq; alia munita: quibus se Tyrāni tuebant: euerit. Ciuib; libertatē reddidit. Post hæc statim ad leges scriben das cōuersus: uti hæc populares essent: multum curauit. Quæ ad priuatarū regū contra ctus pertinerēt. aliāq; multa diligenter & iustissime ordinauit: rei illi præcipue intētus. ut æqualitatē induceret. Instituit etiā magistratū honoratissimum annuū: quē Syra cusani Iouis Olympii famulatū appellabant. electusq; est primus Callymenes famu lus olympii Iouis: Et ita deiceps is Honor per manus traditus est. Annūq; a magistra tu eiusmodi adnotati fuerunt usq; ad tēpora: quæ nostræ huic historiæ Terminus: & mutationi reip. initium fuerunt. Romanis enim Siculos alios in cōmunionē Reip. in ducētibus. Famulorū principatus ille: qui annos plures trecētis durauerat: abolit⁹ est. HIC ita se habentibus rebus: Philippus in Macedonia somnoperē laborans: ut ad societate suā traheret Græcas Thraciæ ciuitates: expeditionem sumpsit cōtra Cer sobleptem eius terræ regem: qui continuis cladibus uicinas Helespōti gentes. urbes diruendo & uastando agros. afficiebat. Utigūt eam Barbarorū impotētiā reprime ret: cū ualidis copiis eos aggressus. aliquot præliis commissis semper uictor. debella tos ad id compulit: ut decimas: Regno Macedonia exoluerent. Et in locis: qui sibi opportuni uisi sunt. ad coercendam Thracum audaciam. oppida bene munita cō struxit. Tūc ciuitates Græcæ a metu Barbarico liberatæ. p̄optissimo aīo cū Philippo scēdus inierunt. INter eos qui tporū horū res scripserūt. Teopōpus Chius in histo ria: quā de Philippi gestis edidit: tribus libris ea: quæ in Sicilia facta sunt: comple ctit. a tyrānide senioris Dionysii exorsus: perq; spatium annorum quinquaginta. ad Dionysii usq; iunioris casum a regno. pergens. Tres illi libri sunt a quadragesimo primo

primo ad quadagesimū tertium. AT Sosigene Athenis imperāte: & Romæ consuli
 bus. M. Valerio & M. Popilio Arymbas Molossorū Rex: cū annos decē regnasset:
 uita excessit relicto filio Aeacide: qui Pyrrhi fuit pater. In defūcti locū Alexāder Olim
 piadis frater adiumento Philippi Macedonis subiuit. IN Sicilia uero timoleon cō-
 tra Leōtinis: quo Icetas cū iusto exercitu se retraxerat: mouit castra: statimq; inuadēs
 in eā: quā Nouā urbē appellāt: cū magnū p̄sidiū: & quod bene ad mœniū ppugnatio
 nē sufficeret: intus positū ēē: cceptam rē omittere est coactus. Trāsiuitq; ad Engyū:
 quæ urbs tyrāno Leptinæ seruiebat: omniq; studio: ut ciuitatē pulso tyrāno ad liber
 tatē reduceret: nitebat. Interea Icetas cū oībus suis copiis ex Leōtinis ad Syracusas
 oppugnādas cōtēdit. Ibi compluribus suorū amissis: cōfestim unde discesserat rediit.
 Leptines a timoleōte grauitē pressus: deditiōē fecit: & per cōditiones dictas: iussus
 est migrare in Peloponēsum: Vt eo pacto Græcis deuictorū tyrānorū miserā innotē
 scerēt: Cūq; eidē Leptinæ Appolloniata parerēt: receptæ huic ciuitati & Engyinis li
 bertatē: ut suis legibus uiuerent: concessit timoleon. Sed enim cū rei pecuniariæ indi
 gentia laboraret: ut militibus: quos cōduxerat: stipēdia minus posset persolvere. Du
 cib⁹: qui ad hanc rem idonei uidebant: mille armatos dedit: iniunxitq; ut in Cartha
 ginensium prouinciam incursiones facerēt. Hi latissimā terrā populati. cum præda in
 gēti redierunt ad Timoleonē: Qui facta auctione pecuniā magnā recepit: indeq; mi
 litibus: multi tps stipēdio dato: satisfecit. Potius ēt est urbe Entella: ubi ciues quin de
 cim: q Carthaginēsiū partes tuebant: interfecit: ceteros libertate donauit. Iam Timo
 leontis potētia & autoritate multū aucta: Græcæ Siciliæ urbes: animaduertentes ca
 ptis ab eo gentibus libertatē cōcedi: ultro oēs se Timoleonti dederūt. Siculorū ēt:
 Sicanorū & aliarū gentiū ciuitates: quas tenebāt Carthaginēses: miserūt legatos ora
 tū. ut in amicitia & fœdus ab eo reciperent. Propterea Carthaginēsiū Senatus parū
 strenue res Siciliæ a Ducib⁹ suis administrari uidēs. deliberauit exercitū magnū cum
 Ducibus aliis eodē mittere. Subito igit ciuib⁹. q militiæ idonei uidebantur: scriptis Cartha. no
 aphrorū militū delectū habuerūt. Præter hos ingēti pecunia Gallos: Hispanos & Li
 gures conduxerūt. Naues etiā lōgas fabricarūt: Onerarias cōplures coegerūt: Appa
 ratūq; aliarū rerū maximū cōfecerunt. A Thenis uero cū princeps Nicomach⁹ & Ro Annus XX
 mæ. C. Martius & T. Manlius Torquatus consules essent: Phocion Atheniēsis Cle
 tarchū: quē Eretriæ tyrānū Philippus præfecerat: debellatū expulit. Et in Caria Pexo Pexodar⁹.
 darus fratrib⁹ oībus natu minor: eiecta Ada principatū occupauit: tenuitq; ad annū
 sextū: quo scilicet tēpore Alexāder in Asiā trāsiuit. PHILIPPUS autē semp ad id inten
 tus: ut res suas magis amplas faceret: castra mouit ad urbē Perinthon: quæ sibi in sen Perithi op
 sa partes Atheniensium tuebatur. Inita oppugnatione: & machinis propius urbē ad pugnatio.
 ductis: quotidie in eorū: qui fessī pugnando essent: locū semper integris succedētib⁹
 acriter ad mœnia ipsa decertabat. Turribus etiā altitudinis cubitorū octoginta: quæ
 Perinthiorū turres multum supereminerēt: extructis: e superiori loco oppidanos plu
 rimū offendeat. Et arietibus murū identidē quatiens: fossionibusq; subterraneis fun
 damēta demolitus. magnam eius partē euertit. Perinthis locū apertum fortissime de
 fendētib⁹: alteroq; muro ocys ab eis extructo: certamen magnū iterū pro mœni
 bus cceptum est. Ibi Philippus numerū magnū sagittariorū: aliorūq; id genus missi
 libus pugnantium habens: per eos ualde e mœnium pinnis pugnanteis hostes con
 ficebat. Illis autem indies magis deficientibus auxilia: tela iaculatoresq; a Byzan

Aun⁹ XIX.

Aeacides.
Alexāder.
Timoleon
tis ill. faci
nora.Cartha. no
uus appa
tus.

Annus XX

Pexodar⁹.

Perithi op
pugnatio.

Philippus
Persarum
Regi formi
dolofus

Perinthis
tus.

Nonum
Philip.
consilium

Ephorus.

Diyllus.

tiis missi sunt. Virib⁹ igitur resumptis: ut hostibus iam resistere posse uiderentur animose pericula omnia pro salute patriæ sustinebant. Nec Philippus diligentiam suam remittebat. Exercitu enim suo in parteis plures diuiso: per coronam: & alios aliis sufficiendo: mœnia die noctuq; acerrime oppugnabat. Erant ei ad triginta milia armatorum: telorum: machinarumq; ad mœnia diruenda uis magna: machinæ aliæ pene innumeræ: quibus omnib⁹ obsessos Perinthios grauitur urgebat. Iamq; oppugnatione ea in dies multos proracta. Oppidanisq; multis interfectis: nec pauciorib⁹ uulneratis: & necessariis reb⁹ non suppetentib⁹. Urbis captiuitas in proximo certissima esse uidebatur. Tunc fortuna periclitantib⁹ non tantum salutē: Sed & eam: unde minime sperabant: attulit. Diuulgata enim uero & per loca Asiæ Philippi potentia: quæ in dies crescebat. Persarum Rex: cui res ea suspicionem aliquam iniiciebat: per literas præfectis suis: qui erant ad loca mari proxima: iniunxit: uti Perinthios totis uirib⁹ iuuarent. Quod ab illis factum est. Magnum enim mercennariorum militum numerum: stipendium & commeatus affatim: tela aliq; bello necessaria Perinthus miserunt. Duces itidem militesq; quos meliores habebant: Byzantii dederunt. Ita uirib⁹ æquatis utinq; belloq; instaurato: contentio maxima rursus in oppugnatione ipsa exorta est. Philipp⁹ ariete mœnia labefactans: continuam eorum partem diruerat: missilibusq; e propugnaculis oppidanos deturbabat. Et simul per locum apertum: ubi mœnia erant deiecta: conferto agmine irrumpebat: ac scalis in murum defensoribus nudatum inscendebat: ut cum ita dimicatio cominus gladiis gereretur: multi interficerentur: pluresq; modis uariis uulnerarentur. Præmia sane uictoriæ utrinq; pugnantium uirtutem excitabant: Macedones opulentissimā urbem se direpturos: insuper munerib⁹ magnis a Philippo donatum iri sperabant. Eorum commodorum expectatione: difficultates omnes forti animo sustinebant. Perinthus rursus præ oculis clades. quæ uictis inferri soleant: habentes: pro salute patriæ: periculis alacritate ingenti se offerebant. Eos autem plurimum: ut superiores essent: adiuuabat urbis situs. Perinthus enim ad mare posita est in edito iugo peninsula: lōgitudinis ferme stadii unius. Ædificia habet frequentia: & præalta: ut quem admodum collis cliuus surgat: ita domus una alteram superet altitudine: Videturq; totius ciuitatis facies esse instar Theatri. Propterea mœnibus etiam in uniuersum solo adæquatis: nihil omagis munimentis erant destituti. Obstructis enim uiarum aditibus: superiora ædificia uice muri firmissimi tenebant. Idcirco: cum laborib⁹ & periculis maximis: Philippus mœnia superasset: munitionem adhuc ex domuum structura factam: difficiliorem offendit. Sed enim cum omnia bello gerendo idonea a Byzantiis Perinthus summitti animaduerneret: partitus copias suas earum dimidiū cum ducibus: quos optimos nouerat: reliquit in perinthis obsidionem. Reliquos ipse secum accipiens: de improviso aggressus: Byzantium acriter oppugnare cœpit. Byzantii: utpote qui milites: tela resq; alias gerendo bello commodas Perinthus miserant: grauitur consternati sunt. Eiuscemodi tunc erāt ciuitatum duarum status. EX his autem: qui historiarum monumenta posteris mandarunt: Cumæus Ephorus historiam suam: cum ad Perinthis oppugnationem peruenisset: desinit. Is in scribenda ea: ab heraclidarum reditu exorsus: Græcorum & Barbarorum res gestas annorum ferme septingentorum quinquaginta: libris triginta describit: præfatione libro unicuiq; apposita. Diyllus uero Atheniensis: qui sequentium temporum res memoriæ

memoria madau
ab ea tēpestare tū a
dit. AT Principe
Cornelio Olymp
uictor fuit. EO
nauales copias
dā Græcis ciuitat
urbū obsidionē
pessit. CARtha
uas copias traiecit
plures millib⁹ sept
ducet: onerariæ:
tur. Neq; ex tantis
beret: aliquo modo
lia ab eo obtinuit.
Carthaginēsiū pu
dē tēpore hostilis
cōcionem uocatis
ratus est. Excepta
Barbaros q̄ primū
progredi cœpit. la
gna in castris: nulla
les quidā Trasi⁹ no
rat: uir temeritatis &
datū plane facinus
expilauerant: merito
nescio quo pacto
citare ausus est. Eū
milites suos ducere
ratu bellico instru
rum animas in alea
oppressus: persolu
eis deberetur: satiss
cēdi spes apparere
rariamq; tumultum
multis: summa cum
sequeuti sunt. Eorum
teras ad amicos: quo
Et eisdem stipendii d
quæ deinceps parta
blanda oratione ad p
haud longe aberat:
uia & Gelonis success
uelut uoce conflictu

memoriae mādauit: p̄ncipiū sibi scribēdi: ubi Ephorus finē fecerat: sumpsit: quæue
 ab ea tēpestate tū a Græcis: tū a Barbaris gesta sunt usq; ad Philippi c̄bitū: cōprehē
 dit. AT Principe Athenis Teophrasto: & Romæ cōsulibus. M. Valerio: & Aulo
 Cornelio Olympias decima supra centesimā inita: Anticlesq; Atheniēsis in stadio
 uictor fuit. EO anno Atheniēses: cū Philippus pacē secū firmatā uiolasse uideret:
 nauales copias raptim Byzātiis subsidio miserūt. Idē a Chiis: Rhodiis: alijs ue qbus
 dā Græcis ciuitatib; factū est. Tunc Philippus eo Græcor; cōcursu perterrit; duag;
 urbiū obsidionē reliquit: atq; cū Atheniēsi; & Græcis alijs sibi aduersantib; fœdus
 pcussit. CARthaginēses autē: qui magnum belli apparatū cōfecerāt: in Siciliā no-
 uas copias traiecerūt: ut cū his: quos ibi prius habebant: iam in eor; castris pedites
 plures millib; septuagita: equites: bellici currus: & bigæ ad decem millia: lōgæ naues
 ducēt: onerariæ: ad equos: tela & cōmeatus uehēdos: ultra mille eis esse creden-
 tur. Neq; ex tantis barbaror; copiis Timoleon: licet exiguū militū nuūq; secū ha-
 beret: aliquo modo pturbat; est. Sed cū bellū cōtra Icerā gereret: pace firmatā auxi-
 lia ab eo obtinuit. Et nō par; inde copias suas auxit. Salutare etiā ei uisum est: bellū ī
 Carthaginēsiū puinciā cōferre: quo ciuitatū sociarū agros inuiolatos seruaret: & eo
 dē tēpore hostilis terra uastaret. Idcirco auxiliis omnib; & militib; mercennariis in
 cōcionem uocatis: oratione sua oēs ad præliū totis uirib; cū hoste cōserēdū adhor-
 tatus est. Excepta ei; est oratio magnis omnīū acclamationib;: petitaq; ut contra
 Barbaros q̄ primū ducerent. Et ita cū toto exercitu: qui duodecim milliū oīno erat
 progredi cœpit. Iamq; ī Agrigētinum agrū peruenerat: cū tumultus & seditio ma-
 gna in castris: nulla prius apparēte suspicione: subito exorta est. Erat in exercitu mi-
 les quidā Trasi; nomine. qui cum Phocensibus direptioni sacri Templi interuene-
 rat: uir temeritatis & cōfidentiae incredibilis. Hic uitæ suæ improbissimæ accommo-
 datū plane facinus eiusmodi cōmisit. Cū enī solus: omnib; fere alijs: qui Oraculum
 expilauerant: merito supplicio: ut paulo ante a nobis indicatum est: a Deo affectis:
 nescio quo pacto diuinam ultionem uitasset: Timoleonis milites ad seditionem cō-
 citare ausus est. Eum passim dictitans proculdubio īsanire: qui ad certissimam cædē
 milites suos duceret: qui ne Carthaginienses sexies suis copiis plures: omniq; appa-
 ratu bellico instructissimos ab se superatum iri: nō uereret cōfirmare: itaq; militū suo-
 rum animas in aleam conicere uellet: ne stipendia longi temporis debita: indigētia
 oppressus: persolueret. Proinde consulebat Syracusas redirentib;: stipēdiū: quod
 eis deberetur: satisfactionem postularent: ne ue ad expeditionem: in qua nulla uin-
 cēdi spes appareret: illum sequerent. Admonitio hæc multorū animos commoue-
 rat: iamq; tumultum facere cœperant: cum Timoleon precibus & pollicitationibus
 multis: summa cum difficultate ad officium eos reduxit: præter mille: qui Thrasiū
 sequuti sunt. Eorum punitionem in tempus magis idoneum differens. Timoleon li-
 teras ad amicos: quos habebat Syracusis: dedit: uti benigne hi milites reciperentur:
 Et eisdem stipēdiū debiti satisfieret. Sicq; omnis tumultus sedatus est. Et uictoriæ:
 quæ deinceps parata est: gloria contumaces illi mille caruerunt. Reliquos Timoleon
 blanda oratione ad pristinam erga se beniuolentiā induxit. Itaq; contra hostes: qui
 haud longe aberant: castra mouit. Ibi apud milites concionatus. Pœnorum igna-
 uia & Gelonis successibus cōmemoratis: audētiore eos multum reddidit: ut una
 ueluti uoce conflictum cum Barbaris: iamq; pugnae signum proponi exposcerent.

Ann. XX

Cartha. ex-
peditio in
SiciliamTrasius
autor sedi-
tionis.

D

DIODORI

Omen.
Coro a Isth
miaca ex
Apio.

Admirabi
lis praelii ca
sus

Misera Car
tha. Clades

Fracti Car
tha. animi.

Cum uero casu magna Apii uis ad toros extruendos iumentis deportaretur: Timoleon se illud uictoriae omen dixit agnoscere. quod corona Isthmiaca ex Apio texeret. Itaque iussu eius milites omnes Apii coronis caput sibi exornarunt: Et summa laetitia in hostes progrediebantur: ueluti uictoriae certam dii sibi denuntiaissent. Saneque non magis eorum uirtute: quam manifestissimo Deorum adiumento factum est: uti uiceretur. Timoleon namque acie instructa: cum de more quodam ad flumen descenderet: itaque hostium decem millia illud transissent eos: ut adhuc a traiectu erant incoppositi: adortus: Ipse ordinibus suis bene ex omni parte firmatis: cuncta perturbauit. Consertisque acriter manibus: cum & fortitudine & opportuniori certaminis statu Graeci superiores essent: magna Barbarorum caedes facta est: cunctique prorsus: quod flumen traicerant: fugiebant: cum reliquae omnes Carthaginensium copiae: flumine transmissae Graecorum impetu in suos fugientes repulsaerunt: Praeliumque ita instaurato: sua multitudo Graecos pauciores multo circumuenire inceperunt. Tunc maxima & continens pluuia cum fragore ingenti coorta est: simulque gradus fulgura: Tonitrua: & uehementissima uentorum uis omnia confundebat: haec tunc tunc Graecos non nisi a tergo: sed Barbarorum uultus tota ea procella impeteret. Propterea cum Timoleonis exercitus non difficulter molestiam eam sustineret: Carthaginenses in pedimento illi nequaquam pares: cum & ab eo pariter & ab ingruentibus Graecis gauiter urgerentur: in fugam conuersi sunt. Omnisque & peditatu & equitatu admixtis etiam curribus: ad flumen sese coniciere: suo ipsorum impulsu concubabant: multique suorum gladiis & telis confodiebantur: Neque eiusmodi infortunio ope ulla resisti posse uidebatur. Alii hostium equitatu instare. cum ad ripam fluminis agminatim confluerent: uulneribus multis a tergo confecti interficiebantur. Quamplurimi uero: citra hostile ostesam: sibi ipsis interitus erant causa: cum propter metum & pauorem maximum: non tamen flumini se credere auderent: ibi simul coaceruati strue corporum opprimerentur. Accedebat quod ex pluuia: quae tunc maxima fuerat: flumen uehementissimo aquarum impetu rapiebat: ut qui enataudi causa se in illud coniecerint. fluctibus sint demersi. Ex tanto quidem Carthaginensium numero: duo millia & quingenti: qui ferme robore: dignitate & fortunis potiores erant in toto exercitu: sacra acie confecta: maxima cum laude manus conferentes: occubuerunt. Reliquorum plures decem millibus caesi sunt: capti uero ad quindecim millia: Currus bellici in ipso certamine diffracti multi: ducti tantum recepti sunt. Iumenta uero & uehicula cum impedimentis milites sibi rapuerunt. Armorum uis magna in flumine est depdita. Eorum quae superfuerant: Thoraces mille: scuta plus decem millibus ad Timoleonis tabernaculum coportata sunt: quae partim dicata in Syracusanis templis fixae: partim sociis: a quibus auxilia habuerat: dono dedit. Aliqua etiam Corinthum: uti in Neptuni templo ponerentur: misit. Res omnes pretiosas: quae sane multae inuenta sunt: cum argentea & aurea multa pocula aliaque ornamenta: aestimationis maxima: Carthaginenses: pro sua opulencia: in castris habuerint: millibus strenue nauatae operae premiū condonauit. Qui uero hostes caedi aut captiuitati superfuerant: magna cum difficultate ad Lilybeum se retraxerunt consternati adeo: ut nec ausi sint naues inscendere: quod etiam in ipso mari Libyco: ne aduersi aliquid sibi sustinendum esset: uerebantur. Tantae huius cladis nuntius Carthaginem allatus: mirifice populum eum perterruit. Proponebant namque sibi in animo: Timoleonem quam primum cum toto exercitu ad se obsidendos transiturum. Idcirco Giskonem Annonis. F. qui tunc exulabat: ante omnia curarunt in patriam reuocaretur: eumque quod animi ingentis: & bellicae rei administrandae scientissimus esset: Imperatorem declararunt: Ad hoc: ne ciuium corporibus

corporibus pe
creuerunt. Nec
sui satis notas
ti primores ui
Sequenti a
Serullius: & N
omnium milie
Hi transmissi
runt. Qua inui
doque: in quo e
calamitosum
etiā tyrannum
bat: cum Syracu
nissime eodē t
ne agrosque ad
multis precib
coelestibus Gra
ciae terminus n
auxilia. Iceram
Aetna teneban
re: compulsi op
bus dominaban
nauit ciuitate Sy
la erat: oppressi
Graecia misit: q
qui in participa
nem oblatam a
ginta millia sun
ciam cenitas: de
nus Syracusan
ctus & Testam
de Repub. dec
autoremque & en
lum: uirum & do
leon liberaflet: L
ducta: ciuitatem
reddita: effecit: b
Cum enim prior
rannorum multi
negligentia uasti
sent: tunc habitā
iam diligenter ex
gno cum emolu
teruallo: opes sua

corporibus periclitarentur: uti milites exteri multi maximeque Græci conducerent: de
 creuerunt: Nec dubitabant: ob famam pugnae aduersæ diuulgatæ: & opes Carthaginē
 siū satis notas: multos adfore: qui ei militiæ darent noīa. Missi etiā sunt i Siciliā lega
 ti primores uiri: qui cōditionib⁹ quibuscunq; daretur pacē cū Timoleonte firmarēt.
 S Equenti anno quo Principem Atheniēses Lysimachidē habuerunt. Romæ Q. Ann⁹ xxii.
 Seruilius: & M. Rutilius consules fuerunt: Timoleon reuersus Syracusas: primum
 omnium milites: qui ab se discesserāt Duce Thrasio: urbe tanq; desertores expulit.
 Hi trans miserunt in Italiā: oppidumq; ibi maritimū i Brutiis & occuparūt & diripue
 rūt. Qua iniuria Brutii cōmoti: coactis magnis copiis: contra eos pfecti sunt: oppi
 doq; in quo erant: ui potiti oēs eos trucidarūt. Cuiusmodi improbitatis suæ præmiū
 calamitosum sortiti sunt: qui cōtra timoleonē defectionē cōmiserunt. Posthumium
 etiā tyrānum: qui duodecim prædatoriis nauib⁹ mare nauigātib⁹ infestum redde
 bat: cū Syracusas amicitia prætextuisset: timoleon captū interemit: Accepit huma
 nissime eodē tempore quinque hoīum millia a Corinthiis ad se missa: ut eis habitatio
 nē agrosq; adsignaret. His confectis: cum legati Carthaginensium ad eū uenissent
 multisq; precibus pro pace obtinenda: usi essent: his conditionibus quod petebant
 cōcessit: ut Græcas oēs urbes liberas reliquerēt: Lycusq; fluuius suæ & illoꝝ prouin
 ciæ terminus medius esset: ne ue tyrannis aliquibus Syracusas tentantib⁹ darent
 auxilia. Iceram deinde uictum: cū mortem obisset: sepeliri curauit. Campanos: qui
 Aetnā tenebant: interfecit. Nicodemum Centupirinorum tyrannum: iniecto terro
 re: compulit oppressam seruitute urbem relinquere. Apolloniadem: qui Agyrinensi
 bus dominabat: Tyrannidem coegit deponere: Liberatosq; eo modo populos do
 nauit ciuitate Syracusana. In uniuersum autem Tyrannis omnibus: qui in tota insu
 la erāt: oppressis: ciuitate iam liberas: societate inita: sibi cōiunxit: & nuntios p omne
 Græciā misit: qui Syracusanorum nomine & agros & domos promitterent oībus:
 qui in participatum Reip. suæ uellent uenire. Propterea Græcis multis ad conditio
 nem oblatam accurrentibus: in Syracusanam ciuitatē noui habitatores ad quadra
 ginta millia sunt recepti. In agyrinensem: quod ager ibi latissimus: magnaq; esset lo
 ci amcenitas: decem millia missa sunt. Post id leges: quas a Diocle conscriptas hæc
 nus Syracusani seruauerant: corrigere aggressus: quæ ad priuatarum rerum contra
 ctus & Testamenta pertinebant: eas in acta uti erant reliquit: sed eas: quibus aliquid
 de Repub. decernebat: in suum propositum: sicut ei expedire uisum est transulit:
 autoremq; & emendatorem eius legum ordinationis habuit Corinthium Cepha
 lum: uirum & doctrinæ & prudentiæ insignis. Ab hoc legum negotio cum se Timo
 leon liberaasset: Leontinos Syracusas habitātū traduxit: coloniāq; Camarinam de
 ducta: ciuitatem eam ita multum auxit. Omnibus deniq; Siciliae locis pace quieteq;
 reddita: effecit: breui ut urbes oēs magnum rerum incrementum consequerentur.
 Cum enim prioribus nec his paucis annis: per seditiones & bella ciuilia: ad hoc ty
 rannorum multitudine semper urgente: urbes habitatoribus uacua: agricultorum
 negligentia uasti: ut fructuum domesticorum non multum in eis inueniretur: facti es
 sent: tunc habitātū magno numero inducto: paceq; in annos multos firmata: ager
 iam diligenter excoli: multosq; & uarii generis fructus cœpit progignere: quos ma
 gno cum emolumento Siculi mercatoribus uenundantes: haud longo temporis in
 teruallo: opes suas auctiores fecerūt. Ea sane tēpestare: ex magna diuitiarū abūdātia
 D ii

Quibus cō
 ditionib⁹
 pax data
 Cartha.

Quæ Ti
 moleon in
 pace agerit

Cephalus.

DIODORI

Opera Si-
ciliæ ampla

Ann^o xxiii.
Magna
Phi. expedi-
tio contra
Athen. &
Theba.

Demosthe-
nis senten-
tia.

Iuit: per sua
sit rediit.

multæ & ingentes extructiones in hominum memoriam confectæ sunt. Veluti Sy-
raculis prope Insulam domus: quam lectorū sexaginta cognomento dixerunt: om-
nia Siciliæ ædificia & amplitudine & structura elegati superans: principis Agatoclis
opus. Eius molem Deorū sacris ædibus eminentiorem fuisse: illud ferme indicio est:
quod diuino fulmine: quasi in inuidia: sit icta. Et ad minorem portum turres sunt: ad
partes eas, ubi inscriptiones uisunt: & lapidibus exoticis cōstructæ. appositus autem
ibi est Agathoclis eius rei autoris titulus. Non multo etiam postea a Hierone Rege
excitatum est Olympium non procul a foro: & iuxta theatrum sacra ædes: quæ in lō-
gum stadii spatio extendebatur: lata atq; edita: pro longitudinis ratione. In urbibus
quoq; minoribus aliquid factum est: Sicuti Agyrinæ: quo ob soli fecunditatem co-
loniam deductam esse: paulo ante docuimus: thattrum: Syracusano excepto: oīum
quæ in Sicilia sint pulcherrimum. Deorum templi: Curia: Fora: Turres opere egre-
gio uisendæ: & monumenta: cum Pyramidibus plurimis: & ingentibus: & accurato
artificio maxime æstimadis: extructa fuerunt. Verum enim uero: cū Athenis Cha-
ron das imperaret: Romæq; consulatū inissent. L. Aemilius. & C. Plotius: Macedo-
niæ rex philippus q̄ plurimis Græciæ ciuitatib; sibi amicitia iunctis. uehemēter rei illi
studebat: Athenienses uti clade aliqua deprimeret: Itaq; nullo repugnate totius Græ-
ciæ Dux appellaret. Propterea subito Elatea occupata: omnes suas copias illuc euo-
cauit bellū cōtra Athenienses moturus. Sperabat autem certissimam uictoriam se cō-
sequuturū: quod illos: ob fœdus percussū: imparatos offensurus esset: idq; plane
contigit. Capta siquidem Elatea: noctu quidam Athenas excurrunt: renuntiantes
urbem eam captam: quodq; Philippus cum exercitu in agrū Atheniensem recta es-
set uenturus. Ibi rei bellicæ Duces: ex re adeo inopinata ualde consternati: accitos
ad se tubicines per oīa urbis loca dimiserunt: uti tota nocte per signū cunctos cōmo-
nesacerent. Fama ita per domos quascunq; disseminata: præ timore: ciuium animi ar-
recti sunt: q̄ primumq; cœpit lucescere: populus uniuersus in Theatrum conuenit an-
te q̄ a magistratibus de more accerseretur. Tunc Duces nuntium: qui aduenerat: in
cōciōem produxerunt: req; ab eo exposita silentium & timor ingens omnes corripu-
it: neq; eorum: qui ad populum concionari solebant: quispiā aliquid censere audebat
& præcone sapius admonente: uti quispiam de cōmuni salute ageret: nullus oīno cō-
parebat: qui sniam suā in mediū uellet proferre. In tanta perplexitate: atq; oīum trepi-
datione totus populus oculos in Demosthenem coniecit: qui suggestum conscen-
dens: populum uti bonum animum haberet adhortatus: docuit oportere quampri-
mum thebas legatos mitti: qui gentē eam ad bellum pro Græciæ libertate suscipien-
dum inducerent. Nō enī tēporis angustia permittebant ab aliis Græciæ ciuitatibus
auxilia implorare: cū Philippū: itra biduū: in Atticam irrupturū eē appareret: cui cū
iter per Bœotiam esset faciū dum: thebanos solos in tanto piculo opis aliquid aduer-
sus illum afferre posse cōstabat. Nec illud rursus in dubium uertebatur: Philippū: ut
pote amicum & sociū Bœotis: in transitu eos tentatum: ad ineundum secū bellum
contra Atheniēses. His rationib; populus persuasus Decretū de legatione in uerba
Demosthenis scribi iussit. Sed muneri ei obeundo uir: qui sacundia præstaret: quare-
bat. Tūc Demosthenes: pro cōmuni oīum cōmodo: uoluntati populi paruit: sūma
q; celeritate iuit: psuasit: & Athēas rediit. Ad eum modū ciuitas: impetratis Bœotum
auxiliis: cum exercitum suū priorē ad duplū auxisset: animum & spem resumpsit.

Statimq;

Statimq; belli D
ctos in Bœotia i
dū cōfecto stren
nienfium celerita
illis occurrere
lippius autē in
erat Pytho: qui e
mostheni apud
statissimus: sed in
ser: in orationib;
bis. Tunc ego P
entē non subter
deret: nihilo feci
pone sequebant
Equitū haud min
nec fēstū: alacrita
taris scientia R
his ferme omnib;
se solent: experiē
mortem tunc ob
ceps Chares uel
uulgari aut plebe
cceperunt: Rexq;
rebus agendis ma
res i exercitu hab
dam accepit: oib;
se pparatis. Athe
tē unā attribueru
tēporis acerrime
cipitē uictoriae sp
uitutis suæ patri
Bellatores prope
multisq; interfect
cū eo erant: facier
dauerū strue facta
iudem ipse ante o
cessurus: initio im
pulsio: uictoriae au
si: & duo millia cap
tē uenerunt. Philip
pultura: mādauit.
strenue pugnauer
pum: peracta liber
ex uictoria gaudi

Statimq; belli Ducibus Charete & Lysicle nominatis, milites omnes armis instru-
ctos in Bœotia iussit cōtendere. Hi ætate florentes: & animi promptissimi ad dimicā-
dū cōfecto strenue itinere. Chæroneā: quæ est in Bœotia peruenerunt. Tantā Athe-
nienſium celeritatē admirati thebani & ipsi nihil diligentia intermiserunt: atmatiq;
illis occurrētes simul castrametati sunt aduenientem Hostem ibi expectantes. Phi-
lippus autē initio ad Bœotum concilium legatos miserat: in quis maximi nominis
erat Pytho: qui eloquentia plurimum ualere existimabatur. Et i petendis auxiliis De-
mostheni apud Bœotos opponere sese nō est ueritus. Ibi omnium quidem aliorū p-
stānissimus sed inferior lōge apparuit ipso Demosthene. Isq; ueluti arduā rem cōfecit
set: in orationibus suis multum gloriatur de sua contra Pythonem actiōe: hisce uer-
bis. Tunc ego Pythonem audacia se eferentē: & flumē quodam uerborū i nos irru-
entē non subterfugi. His peractis cum Philippo Bœotum auxiliis se destitutum ui-
deret: nihilo secius cum utroq; hoste prælio decernere statuit. Itaq; expectatis quæ
pone sequebant: copiis in Bœotiam contendit cum peditatu millium plus triginta
Equitū haud min⁹ duob⁹ millib⁹. Erāt copiarū utriq; certaminis cōmittēdi auidissimæ
nec sēsū: alacritate aī: aut uirtute alteri alteris cedebāt. Sed militū numero: & rei mili-
taris scientia Rex multū præualebat: quippe qui multis uariisq; rebus belli gestis inq;
his ferme omnib⁹ semper uictor maximam eorū: quæ in bello administrando usui ef-
se solent: experientiam haberet. Atheniēsium rursus: qui optimi existimabant: Duces
mortem tunc obierāt. Iphicrates Cabrias & Timotheus: & eorū: qui supererāt: Pri-
nceps Chares uel consilio dando: uel negotiis obeundis in officio imperatoris nihilo
uulgari aut plebeio cuiuspiam uiro præstabat. ad primū autē lucis ortum acies instrui
cœperunt. Rexq; Alexandrū filium ætate iam puberem uirtutis & prōptitudinis in
rebus agendis manifestissimæ alteri cornui præfecit adiūctis ei ducib⁹: quos melio-
res i exercitu habebat. Ipse autē electos milites secū habēs partē alterā exercit⁹ regē
dam accepit oīb⁹: quæ ubiq; disponēda essent: cōmodissime pro tēporis ratioe ab
se pparatis. Atheniēses ex aduerso acies secūdū gētū diuersitatē partiti. Bœotis par-
tē unā attribuerunt: reliquæ administrationē sibi retinuerunt. Itaq; manus ad multū
tēporis acerrime cōferentes: & plurimis utrinq; cadentibus aliquādiu pugna ipsa an-
cipitē uictoriæ spem habuit: donec Alexander summo ardens studio specimē aliqd
uirtutis suæ patri edendi: eo desiderio præter modū eū urgente: cū etiā fortissimos
Bellatores prope adiutantes haberet: primus facto impetu Hostium aciem perripit
multisq; interfectis: quicunq; sibi erant obuii: eos grauissime premebat. Idem iis: q;
cū eo erant: facientib⁹ omnes hostium ordines ibi turbati sunt. Iam uero ingenti ca-
dauerū strue facta: prima Alexandri acies urgēdo hostes pedē coegit referre. Rex
iudē ipse ante omnes periculis se offerens: filio uictoriæ parte titulum nequaquā con-
cessurus: initio impressione facta hostē loco deturbauit: tandemq; eodē in fugā cō-
pulso uictoriæ autorem se fuisse ostēdit. In eo prælio Atheniēses plures mille cæ-
si: & duo millia capta sunt. Bœotū pariter multi interempti: nec pauciores in captiuita-
tē uenerunt. Philippus certamine finito Trophæū excitauit. Defunctorū corpora se-
pultura mādauit. Deis in uictoriæ concessæ gratiam sacrificia fieri curauit. Eos: qui
strenue pugnauerāt: pro cuiusq; merito honorauit. Traditum est a quibusdā Philip-
pum peracta liberali potatione multo repletum mero cū amicis saltationē iocosam
ex uictoriæ gaudio inuisse: atq; ita per mediam captiuorum turbā progressum cōtu-

Pytho.

Demost.
uerba.

Alexāder.

Virtus Ale-
xandri in
Chæroneu
si pugna.Philip. ui-
ctoria.

Demades melioris uinctis illis calamitatē: q̄ patiebant: exprobrasse: Tūc q̄ oratorē Demadē:
 q̄ eo tēpore in custodiis erat: sibi: quin loquēdi audacia uteretur: nō tēperasse: Ver-
 būq̄ ad Regis petulantia retundēdā ac cōmodatissimū protulisse. id autē (ut aiūt)
 dixit. Cum o Rex fortūa Agamēnonis psonā tibi apposuerit: nō ne pudore afficeris
 Acerrimuz Theritæ actiones referens: Ea hominis dicacitate pulsatus Philippus adeo sese im-
 Scōma. mutasse fert: ut totū priorē animi habitū reliquerit: coronis abiectis: alioq̄ saltatio-
 nis ornatu: qui totus inuictos erat cōtumeliosus: contrito: Virum autē: qui tam auda-
 cter secū loqui ueritus nō fuerat: multū admirat⁹ a captiuitate eū liberauerit: honorifi-
 ceq̄ tractauerit. Tandē gratia illa attica per Demadē cōmitigatus Philippus capti-
 uos omnes: citra redemptionē dimisit: prorsusq̄ inflatos illos ex uictoria spiritus de-
 Gratia atti- ponens: legatos ad populum Atheniensem misit: per quos cum ea Repub. socia-
 ca. tem & amicitiam iniuit. Thebis etiā cū præsidiū iposuisset: eo deducto pacē & gēti
 illi cōcessit. Athenienses uero post tantā cladem acceptam: Lyciclem: qui in eo prae-
 Lycurgus. lio Dux fuerat: capite damnauerunt: deferēte eū oratore L. ycurgo: qui ea tēpore i-
 ter alios oratores maximā erat æstimationis: & annos duodecim: cum magna laude
 Reipub. uectigalia administrauerat: totūq̄ uitæ cursum uirtutib⁹ oībus celebratū
 Vehemē traduxerat accusator acerbissim⁹ i dicēdo. Ei⁹ sane orationū dignitatē & amaritudi-
 niss. uer. nē poterit aliquis conicere ex illis: quā in Lyciclis accusatione dixit. Cū O Lycicles
 ba in bello prætor fueris: & ciuium tuorū mille occubuerit: duo millia in captiuitatem ue-
 nerint: Trophæum in huius urbis dedecus erectum: Græciæ uniuersæ seruitutis iu-
 gum impositum sit. Hæc q̄ omnia te Duce te belli administratore cōtulerit: Audes
 uiuere: & Solis huius lumen intueri: atq̄ pudoris & probri patriæ tuæ monumentū
 Res rara. in forum prodire? EA autē tempestate res utiq̄ rara euenit quando enim ad Chæ-
 roneā conflictum est: eadem die & hora in Italia certamen aliud est commissum: in-
 ter Lucanos & Tarentinos: quo in prælio Archidamus Lacedæmoniorū Rex pro
 Timothe⁹ Tarentinis pugnans interēptus est. CIRca id temporis Timotheus Heracleæ
 Ponti Tyrannus mortem obiit: principatus sui anno decimo quarto. Successit ei fi-
 lius Dionysius: qui ibi dominatus est annos duos & triginta. IAM uero Athenis
 Ann⁹ xxiiii imperante Phrynico: & Romæ consulibus. T. Manlio Torquato: & P. Decio. Phi-
 lippus ex uictoria Chæronensis: cū spiritus maiores haberet: uideretq̄ clarissimas ur-
 bes ab se cōsternatas eē: laborabat toto aīo: uti totius Græciæ Dux deligeret: Eius-
 modiq̄ sermones passim iactabat: se uelle bellū pro Græcis contra Persas suscipere:
 quorū impia facinora in res sacras ulcisci deliberaret: Per quæ beniuolos maxie Græ-
 cos sibi reddebat: hūane sup id: ac liberaliter eos oīs publice & priuatim tractans.
 Philippus Tandē ciuitatib⁹ Græciæ denuntiavit: aliqua se cupere de communi oīum cōmodo
 Græciæ im- cōsultare: Itaq̄ Corinthi cōuētus habitus est. In quo multū de bello cōtra Persas lo-
 perator. quutus: spemq̄ bonā eius rei faciens: aīos eorū qui cōuenerāt: ad negociū cōproban-
 dū induxit. Nouissimeq̄ a Græcis oībus Dux: & potestatis summæ Imperator appel-
 Timoleō latus: apparatū magnū inire cœpit copiarū: quæ cōtra Persas ducendæ essent. Impe-
 tis mors. rato igit⁹ ciuitati cuius militū numero: quē dare deberet ad bellū Persicū: in Macedo-
 niam reuersus est. Et ea quidem a Philippo curabant. IN Sicilia autē Corinthius
 Timoleon: cum res omnes Syracusanorū & Siculorū bene disposuisset: diem suum
 obiit: anno octauo imperit: eum Syracusani ob egregias uirtutes: & ingentia bene-
 ficia maxime diligentes cū sūmo honore sepeliuerunt. Cumq̄ iā cadauer efferri in-
 ciperet

ciperet coacta ibi
 cretū: quo singuli
 nico certamine h
 uebat: quod Bar
 quētia repleuiss
 Ariobarzanes: q
 annis quinq̄ & u
 bē Suesam uict
 præfuerat: triūph
 Q. Publius: & T
 telimā acta est: su
 Græcorū imperio
 te copiarum in A
 tem cupiens: secu
 Persarū Regem
 Ecce coronatum
 Anceps hoc dict
 retur: Persam uic
 gnificabatur: Ph
 ronatum Taurū
 res ad Asiam in
 pla sacrificia in D
 xandro Epirotarū
 Vtq̄ plures ex tot
 na musica: & con
 uit. Inuita uic ad
 penes se erant: u
 plurimos. Maxi
 beneficio traditi
 bus igitur locis i
 pūis & certamin
 lippum honorar
 fuit & ipsoz Ath
 dixit. Si quis piam
 deditum iri. Per fa
 nens tunc Philipp
 ces obitū Philipp
 ti uoce & magni n
 positū recitaret: qu
 iusmodi rei aptum
 Regis fortunas m
 in pessum ruere ca
 Vos qui ætheris s
 Agros: domorum

ciperet coacta ibi magna hoium multitudine promulgatū est Syracusani populi de-
cretū: quo singulis annis in omne tēp^s Timoleōtis memoriā musico: equestri & gym-
nico certamine honorari iubebat. Tunc aut minax ducentarū summā in funus consti-
tuebat: quod Barbaros in Sicilia debellasset: maximas Græcas urbes habitātium fre-
quētia repleuisset: libertatēq; Siculis reddidisset. PER ea tempora mortuus est Rex
Ariobarzanes: q annos uiginti sex regnauerat. In Regnū secessit Mithridates: qd
annis quinq; & triginta tenuit. Et Romani inito cū Latinis & Cāpanis prælio ad ur-
bē Suessam uictores fuerūt. Victis partē agri ademerūt. Mālius: qui ei pugna cōsul
præfuerat: triūphauit. SEquēti anno: quo Pythodorus Athenis princeps: & Romæ
Q. Publius: & Tib. Aemilius mamerus cōsules fuerūt: olympias undecima supra cē
tesimā acta est: fuitq; uictor in stadio Cleomantis clitorius. Tūc Philippus assumpto
Græcorū imperio: uti bellum contra Persas iniret: Attalum & Parmenionem cum par-
te copiarum in Asiam præmisit: demādata eis Græcarum urbium liberatione. Ipse au-
tem cupiens secundum Deorum assensum: tāto bello manum imponere Pythiā: nū
Persarū Regem sibi uincere daretur: consuluit. Ea huiusmodi Oraculum reddidit.
Ecce coronatum est: qui Taurum mactet ad aras.
Anceps hoc dictum Philippus in rē suā interpretatus est: ueluti ab Oraculo prædiceretur: Persam uictimæ instar mactatum iri. Sed res secus se habebat: contrariumq; si-
gnificabatur: Philippum scilicet in hoium cōuentu inter ipsa Deorū sacrificia: uti co-
ronatum Taurū interfici debere. Latus proinde agebat Philippus Deos sibi auxilia-
res: ad Asiam in seruitutem Macedoniæ trahendā fore existimans. Subito igitur am-
pla sacrificia in Deorū honorē peregit: & Cleopatraz ex Olympiade uxore filiaz Ale-
xandro Epirotarum Regi Olympiadis fratri desponsataz nuptias celebrare instituit.
Vtq; plures ex tota Græcia ad geniale epulum cōuenirent: magnificētissima certami-
na musica: & conuiuia ad amicos: & hospites accipiendos: lautissima facere delibera-
uit. Inuitauit ad hæc ex omnib; Græciæ locis hospites suos admonuitq; amicos: qui
penes se erant: uti pariter & ipsi accirent: quos iure hospitii notos habebant: quam-
plurimos. Maxime enim studebat: humanitatem suam Græcis testatam esse: atq; ex
beneficio traditi Imperii benigna saltem oratione gratias eis rependere. Ex omni-
bus igitur locis ingenti hominum turba confluenta: & Aegis Macedoniæ urbe nu-
ptiis & certaminibus celebratis non tantum singuli clariiores uiri coronis aureis Phi-
lippum honorarunt: Sed & insignium ciuitatum complures. Idem fecerunt in quis
fuit & ipsorū Atheniensium. Eam coronā cū præco publicæ uerbis cōmēdaret: inter alia
dixit. Si quispiam Philippi uitæ insidiatus Athenas se receperit: eum statim ad poenam
deditum iri. Per samam eam ultro diuina prouidentia erumpentē uisus est Deus imi-
nens tunc Philippo periculum significare. Accesserūt & alia ueluti diuinitus edita uo-
ces: obitū Philippo denunciantes. In Regio siquidē cōuiuio Neoptolemus resonan-
ti uoce & magni nominis tragædus: Philippo ei iniungēte: poema aliquod pridē cō-
positū recitaret: quod ad expeditionē cōtra Persas accommodari uideret: existimās hu-
iusmodi rei aptum se inuenisse: ut Philippi susceptum negocium laudaret: & Persarū
Regis fortunas maximas eleuaret: quæ licet magnæ & celebres essent: nihilominus
in pessum ruere casu aliquo possent: tale exorsus est carmen.
Vos qui ætheris summum: patenteis latius
Agros: domorum & celsa culmina nimio

Decretum
Syracus. p
Timol.

Annus xxy

Oraculum

Prælagium

Neoptole-
mus tragæ-
dus.

- » Inuaditis studio temere uitæ datum
- » Cursum tenentes nunc sapere par est. Iter
- » Hic ecce nunc apprehendit ignotum sibi.
- » Spes nanq; longas amputans luctu grauis
- » Extrema de improviso adest mortis dies.

Philip. Diis
parēse ostē
dit.

Insidiæ ad-
uersus Phi.

Pausania
mors.

Facinus fœ-
dum.

Hermocra-
tes

Addidit & alia: quæ ad eandem sententiam omnia tēdebant. Verum Philippus mul-
tum inde oblectatus in audiendis his: quæ recitabantur: totus erat omnem suam co-
gitationem ad interitum Persarum Regis conuersam habens. Recordabatur simul
Oracula Pythia redditi: quod ab his: quæ canebātur: haud uidebatur dissentire. Tā-
dem finito conuiuio: & in sequentem diem certaminis initio dilato: turba maxima du-
rante adhuc nocte in theatrum conuenit. Sed prima luce pompa duci cœpta est: in
qua super maximum alium apparatus: duodecim Deorum simulachra inuecta sunt:
artificio & ingentibus diuitiis mirifice exornata. Cum his & tertium decimum ipsius
Philippi signum diuino habitu gestatum est. Qua in re dignitate parem duodecim
Deis Rex ostendere se uoluit. Pleno igitur Theatro ipse candidatus prodiiit: spicu-
latoribus suis: ut seiunctim & longe ab se uenirent: monitis. Per hoc enim omnibus si-
gnificabat: Græcorum communi beniuolentia sibi munito haud esse opus corporis
defensoribus. Tanto eminentem fastigio: ab omnibusq; & laudatum & beatissimum
iudicatum: præter omnium opinionem nullis prius apparens indicii: insidiarum co-
natus simulq; ipsa mors oppressit: cuius rei narratio uti apertius cognoscatur: altius
paulo insidiarum eiusmodi causam explicabimus. PAVSANIAS erat quispiam genere
Macedo: eius gentis: quæ Orestis nuncupatur: ad lectus inter eos: quibus regii cor-
poris tuendi officium incumbit: Philippo ob formæ elegantiam charus ualde. Hic:
cum alterum Pausaniam sibi cognominem a Rege amari animaduerteteret: probrosis
conuitiis eum grauius infectatus est: ancipitis sexus hominem appellans: quod amā-
tium libidini sese exponeret. Is contumeliosa maledicta iniquissimo animo ferēs: rem
pro tempore silentio continuit. Attalo autem uni ex amicis: quid deinceps fieri debe-
ret: cum indicasset: ultro & miro modo uita se abdicauit. Post paucos enim dies Phi-
lippo prælium contra Pleuriam Illyrici regem ineunte: hic ante suum Regem confi-
stens: quæcunq; in eum tela mitterentur: suo corpore excipiens: mortē ita obiit. Qua
re diuulgata: Attalus inter aulicos & potentiores uiros multum pollens apud Regē:
inuitauit Pausaniam ad conuiuium: ibi mero multo eum oneratum mulionibus: qui per
contumeliam corpus temulentum stuprarent: tradidit. Ille cum ex ebrietate conua-
lisset: ægerime illatam iniuriam ferens: Attalum apud Philippum detulit: qui multū
quidem ex rei turpitudine est motus: sed Attalo ob magnam familiaritatem: & qd
eius opera tunc uideretur: ut noceret induci haud potuit. Erat etiam Attalus ob Cleo-
patram proximè a Rege in matrimonium acceptam: arctissima ei iunctus cognatio-
ne: Copiarumq; in Asiam præmissarum Dux fuerat delectus: uir in rebus bellicis
egregiæ fortitudinis. Idcirco Rex potitus: uti Pausaniæ animum iustissimo dolo-
re incensum mulceret: intendit: Datisq; ei magnis muneribus: loco insuper hone-
stiori inter corporis sui defensores honorauit. Sed ille implicabili ardens ira: de-
creuit non tantum de eo: qui sibi iniuriam fecisset: sed & qui ulcisci nolisset po-
nam summere. Confirmauit maxime hanc eius deliberationem Hermocrates So-
phista: quem cum Pausanias frequentaret: semel in diatriba percūctatus est: quæ nam
uia aliquis

uia aliquis clarissim
maximas gesserit
fectus sit: meminisse
adduxit n subfidiu
ipsis certaminibus
urbis. Dein ad thea
Ibi Philippum amio
rentur: spiculatorib
perq; latera uulner
rati erant: propere
ad Regium corporu
derunt. Sed pausan
currendum uitæ qu
de terra surgere. qu
gum omnium: qui
tudine: duodecim
annos quatuor sup
fauentis fortunæ a
inter Græcos stabili
comi: & benignitat
ex prudentia & astu
nibus habuisset: ma
Quod rerum bene
nis esset: sed eorum
ret. Nos autem cur
indicaui mus: eius
xandri successione
complexi conabi

ALEXANDR V
Eundem gentes: qu
Vt Corinthia conc
De statu Imperii Pe
Montis Idæ mira.
Alexan. expeditio c
Transitus eius dem
Pugna ad Granicu
Agathoclem in bell

uia aliquis clarissimi nominis posset euadere: Respondit Sophista: si uirum: qui res maximas gesserit: interficiat: dum enim illius mentio habeatur: eius etiam: a quo interfectus sit: meminisse oportere. Sermonem eiusmodi Pausanias iræ quam coquebat: adduxit in subsidium. Neq; sententiæ acceptæ dilationem aliquam interponens: in ipsis certaminibus uim Philippo inferre tali modo instituit. Parauit equos ad portas urbis. Dein ad theatri aditum se recepit: cum Gallico gladio: quem occultum tenebat. Ibi Philippum amicos: qui pone sequebantur: inuitantem: ut in theatrum progredirentur: spiculatoribus procul ammotis: cū solum relictum uideret: ad eum cucurrit: perq; latera uulnere a dacto: mortuum eum prostrauit: ad portasq; ubi fugæ equiparati erant: propere contēdit. Statim uero qui pro Rege soliti erant excubare: partim ad Regium corpus festinarunt: partim se ad Regis percussorem insequendum effunderunt. Sed pausanias prægressus: equo insidens facile insequentes euasisset: nisi iter currendum uitæ quadam hærente ad calceum: retētus decidisset. Ibi eum conantem de terra surgere: qui erant cum Perdicca: inuadentes confoderūt. Philippus itaq; Regum omnium: qui suo tempore in Europa fuerint: maximus: qui ue: imperii sui amplitudine: duodecim Diis parem se adnumerare ausus est: talem uitæ exitum habuit: cū annos quatuor supra uiginti regnasset. Cognitum plane est: Regem hunc tenuibus fauentis fortunæ adiumentis in principatu comparādo usum: amplissimum illum etiā inter Græcos stabilisse. atq; in eo augendo non tam armis & fortitudine: q̃ sermone comi: & benignitate in excipiendo summa profecisse. Fama etiam est Philippū ipsum ex prudentia & astu imperatorio: neq; minus ex successu: quem in conciliandis hominibus habuisset: magis multo: q̃ ex copiarum & auxiliorum uiribus gloriari solitum. Quod rerum bene in præliis gestarum laus sibi cum his: qui secum militassent: cōmunis esset: sed eorum: quæ orationis comitate recte transegisset: titulum sibi uni retineret. Nos autem cum ad Philippi obitum uenerimus: librum hunc: ueluti in principio indicauimus: eius rebus proprium adscribi uolumus. Sequentis uero initium ab Alexandri successione in paternum Regnum facturi: omnes eius gestas res libro uno complecti conabimur.

Quomodo clarus aliquis fieri possit.

philippi mors.

Pausaniæ mors.

Quib⁹ artibus Phil. imperiū auxerit.

FINIS.

INDEX EORVM: QVÆ SEQVENTI
LIBRO CONTINENTVR.

ALEXANDRVM: accepto paterno regno: res suas bene composuisse:
Eundem gentes: quæ noua moliri cœperant: coercuisse.
Vt Corinthi a concilio Amphictyonum Imperator appellatus sit Alexander.
De statu Imperii Persarum: & Darei fortitudine.
Montis Idæ mira.
Alexan. expeditio contra Thebanos: quos urbe diruta: captiuos uendiderit.
Transitus eiusdem in Asiam: & quantas copias secum duxit.
Pugna ad Granicum inter præfectos Darei & ipsum cōmissa: in qua uictor fuit.
Agathoclem in bello punico: Alexandri exemplo: classē suam incendisse.

Miletum atq; Halicarnassum summa vi ab Alexan. expugnatas fuisse.
 Marmarum facinus impium.
 Memnonis uirtus magna: atq; obitus.
 Charidemum: quod audacter nimis loquutus esset: Darei iussu interemptum.
 Aegrotantem grauius Alexan. a Philippo acarnane curatum fuisse.
 Prælium magnum Darei & Alexandri ad Issum Ciliciæ: in quo Persæ cum ingenti strage uicti sunt.
 Clementia & liberalitas summa Alexandri erga matrem: uxorem: & liberos Darei captiuos.
 Tyri grauissima oppugnatio: ibiq; incredibilis Alexandri uirtus.
 Ballonymi Tyrii regis fortuna admirabilis.
 Alexandri profectio ad Hammonem: descriptioq; locorum ac templi & oraculum ibi acceptum.
 Urbis alexandriæ extructæ situs: & magnitudo.
 Legatio Darei ad alexan. quidq; ei ab alexan. sit responsum.
 Conflictus maximus alexan. cum Dareo ad arbela: in quo uictoria est potitus.
 Pugna & uictoria antipatri contra Lacedæmonios.
 Alexandrum captis arbelis magnam pecuniarum uim acquisuisse.
 Quietem exercitui Babylone permissam ab eo: ac donatium militibus datum.
 Mercenarios: & auxiliares milites ab antipatro missos ad eum uenisse.
 Militarium ordinum facta ab eo instauratio.
 Alexan. Susa urbem cepisse: magnosq; in ea thesauros repperisse.
 Eundem aditus difficiles: & quas uocant Susiadas petras occupasse.
 Vt Græci: qui membris mutilati fuerant: beneficiis prosequutus Persepolim diripi fecerit.
 Vt in ludicro festo eius urbis Regiam incenderit.
 Dareum a Besso interfectum fuisse.
 Alexandri transitus in Hyrcaniam: & rerum: quæ ibi miræ nascuntur: descriptio.
 Eiusdem irruptio in terram Mardorum: quos magna cum clade debellauit.
 Thalestris reginæ amazonum consuetudo cum alexandro.
 Quemadmodum alexander sibi præfidens luxum Persicum amare coeperit.
 Vt idem arios: qui defecerant: expugnata difficili petra superauerit.
 Conspiratio contra Regem inrita: & in eos: qui id moliebantur: præcipue Philotam & Parmenionem animaduersio.
 Expeditio alexandri in Paropamisadas: quæ uel ibi gesserit.
 Singulare duorum Ducum certamen apud arios commissum & quo modo ea gens ad obsequium sit tracta.
 Bessi: qui Dareum interfecerat: miserabilis mors.
 Quemadmodum alexan. rupem: cui aorno erat nomen: non hætenus ab aliquo superatam expugnauerit.
 Vt idem Taxile indo Rege sibi conciliato Porum magno prælio uicerit: & comprehendit: atq; in Regnum ob egregiam eius uirtutem restituerit.
 Serpentum & rerum: quæ terra gignuntur: mirabilium in tractu quodam descriptio.
 Vt gentes conterminas partim deditione: partim ui receperit.

Vt Sopithis

Vt Sopithis regno
 De bonis ciuitatum
 De excellentia canu
 De Phegeo indix R
 Quemadmodum
 tentare: Macedo
 Vt Alexander positi
 post se reliquerat
 Eiusdem nauigatio p
 Vt uulneratus magn
 De singulari militis &
 De gentibus ad utran
 De miris & laudand
 Quemadmodum mi
 cienti occurrerint
 Vt idem ad classem si
 Quemadmodum Al
 militari fecerit: qu
 macius secum age
 Arpalum: qui Regi d
 nas supplicem cor
 Eundem athenis ausu
 remptum fuisse
 Alexandrum seniorib
 obstricti erant: pr
 Eundem ortis in ex
 Peucestem Alexand
 Quemadmodum A
 cedonas miscuer
 Vt suorum militum
 suo constituerit.
 Vt Leosthenes athen
 Alexandrum in Coss
 Vt Babylona eunti R
 Vt Rex Chaldaeoru
 tibus Babylona in
 Da magno numero le
 De Hephaestionis fun
 De ostentis plenisq; &

Vt Sopithis regno sit potitus.
De bonis ciuitatum eius loci institutis.
De excellentia canum: quos Alexandro donauit Sopithes.
De Phegeo indiæ Rege.
Quemadmodum Alexandro uolenti fluium Gangen traicere: & Gangaridas bello tentare: Macedones assentire noluerunt.
Vt Alexander positis suarum expeditionum terminis conuerterit se ad Indos: quos post se reliquerat: deuincendos.
Eiusdem nauigatio per Indum in meridionalem Oceanum.
Vt uulneratus magnum periculum uitæ adiuerit.
De singulari militis & athletæ pugna.
De gentibus ad utranq; Indi ripam debellatis.
De miris & laudandis gentium institutis: quarundam etiam belluinis moribus.
Quemadmodum missi ab Alexandro cum classe in Oceanum ei iter per maritima facienti occurrerint: & quæ uiderant internauigandum narrauerint.
Vt idem ad classem sint remissi ad cõtinuandum iter per Oceanum.
Quemadmodum Alexander triginta millia iuniorum Persarum legi: atq; institui in re militari fecerit: idq; agmen esse uoluerit oppositum macedonicæ Phalangi: contumacius secum agenti.
Arpalum: qui Regi de mollitudine: & sumptuoso luxu delatus fuerat: Babylone athenas supplicem contendisse.
Eundem athenis aufugisse in Tanaron ad milites suos: ac tandem in Cipro interemptum fuisse.
Alexandrum senioribus militibus missionem dedisse: ac talenta decem millia: quibus obstricti erant: pro illis exoluisse.
Eundem ortis in exercitu seditionibus tumultus autores poena affecisse.
Peucestem Alexandro adduxisse sagittariorum & funditorum Persarum millia uiginti.
Quemadmodum Alexander in reparandis militum ordinibus simul Persas & Macedonas miscuerit.
Vt suorum militum filiis decem millibus & in uictum: & institutionem pecuniam de suo constituerit.
Vt Leosthenes atheniensis bellum Lamiacum concitauerit.
Alexandrum in Cossæos cum exercitu profectum eos deuicisse.
Vt Babylona eunti Regi mortem Chaldæi prænuntiauerint: si eam urbem intraret.
Vt Rex Chaldæorum uerbis motus initio substiterit: ac demum Philosophis suadetibus Babylona ingressus sit.
Da magno numero legationum: quæ ad Alexandrum uenerunt.
De Hephæstionis funere: & quam magnis impendiis illud sit celebratum.
De ostentis plerisque: & Alexandri morte.

FINIS.

DIODORI SICVLI SCRIPTORIS GRÆCI LIBER
DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS. VER-
SVS IN LATINAM LINGVAM AB ANGE-
LO COSPO BONONIENSI.



VPERIORI LIBRO: QVI TOTIVS NO-
stri operis sextus decimus est: Principium ab initia Philip-
pi Amyntæ. F. Regni administratione fecimus: cōprehen-
dimusq; in eo ipsius Philippi ad obitū usq; pariter & Re-
gum: Ciuitatum: Gentiumq; aliarū res gestas: quotquot ui-
ginti quatuor annis: quibus ille regnauit: cōtigerūt. In hoc
uero materiā continentē tracturi ab Alexandri Regno in-
cipiemus: quæ ab eo principe: quo aduixit: gesta sint: si-
mulq; eadem tempestate quæ in aliis orbis terræ celebri-
oribus locis sint facta: colligentes ita enim præcipue arbitra-

mur res memoria facile retineri: quando per sua ueluti capita dispositæ finem princi-
pio adnexum habent. Sed enim Rex Alexander magna breui tēporis spatio cōfecit:
suæq; uirtute & prudētia Reges oēs: quorū per cuncta sæcula mētio habeat: operum
suorū magnitudini impares esse demōstrauit: quandoquidē intra annum duodecimū
nō paruam Europæ partem: Asiam uero ferme totam cōsequutus: celeberrimū nomen
suū reddidit: ut ueteribus illis: qui Heroes: aut semidei nominati sunt: se proflus exæ-
quaerit. Verū nobis haud est opus in præfatione quidpiā eorū: quæ a Rege laudabi-
liter facta sunt: præripere: cū ea suis locis singillatim patefacta: amplissimā Principis
gloriā plane sint indicatura. Alexander sane paterno genere Herculem: materno Æa-
cidas cōtingebat: uisusq; est & natura & uirtutē maiore suorū ueluti hæreditariā sibiq;
ingenitā retinere. Sed iam tēpora rebus: quas scribendas sumimus: coherētia propo-
nētes: ad ipsam historiā explicandā conuertemur. CVM Euænētus Athenis impera-
ret: Romæq; L. Furius: & C. Manlius cons. essent: Alexāder accepto patris defun-
cti Regno: primo omnium: qui eius mortis causa fuerant: grauib; pœnis affecit. Dein
sepulturæ eiusdem maximā impendit diligentiam. Principatum uero multo melius: q̃
quispiā existimasset: cōfirmavit: Iuuenis enim: atq; ob ætatē adhuc teneram ab aliqui-
bus contemptui habitus: uulgi ipsū humanissimis sermonibus in sui beniuolentiā
conciliabat. Regis nomē duntaxat immutatū dicens: ceterum omnia haud deterius:
ac sub parente solebāt: ab se administratum iri. Legationes etiam benigne excipiens
hortabat Græcos: ut in amicitia: quam cū Philippo patre habuerant: persisterēt. Mil-
libus armorū uim magnā distribuens: & bellicis meditationibus eos exercēs: cunctū
exercitū sibi obsequentem ualde reddidit. Cūq; Regno suo aduersum: & nouarū regū
cupidum Attalum Cleopatraz: quæ Philippo nupserat: fratrem cognosceret: eum de
medio tollere deliberauit. Etenim Philippo paucis dieb; anteq̃ decederet: natus erat
ex Cleopatra filius. Ipse autem Attalus cum Parmenione copiis præfectus in Asiam
missus fuerat: Ibiq; cum & beneficiis & blando sermone militum fauorem captaret:
magnam in toto exercitu sui charitatem effecerat. proinde non sine causa Alexāder:
ne is aliquid contra se moliretur: inita cum Græcis: quos sibi aduersos nouerat: socie-
tate uerebatur. Propterea ex amicorum numero Hecataum delegit: quem in Asiam
cum iusto

Alexandri
origo.

Annus. I.

Comis pru-
dētia Alex.

Attalus.

Hecataus.

cū iusto exercitu misit: dato ei negotio: ut uiuū maxies: si possit: ad se Attalū ducat: sin
 pag: id pcedat: q̄primū p infidias eū interficiat. Ille pfectus ī Asiā Attali & Parmeno
 nis exercitui suū iunxit: coepitq; oportū tēpus patrādæ rei ordiatæ obseruare. Ale
 xāder autē: cū rescuisset multas Græciæ ciuitates rebus nouis studere: sollicitudinē ma
 gna erat īplicatus. Atheniēses enī: cū Demosthenes frequēter ad populū cōtra Ma
 cedonas uerba habuisset: Philippi morte multū lætari: nō amplius Græciæ Imperiū
 Macedoni cui piā cōcedi uolebāt. Præter hæc: missis ad Attalū legatis: societate cum
 eo clam iniuerāt: aliasq; ciuitates ad libertate uēdicandā incitabāt. Aetoli Acarnanū
 exules: q; sub Philippo solū uertere fuerāt coacti: in patriā reducere decreuerāt. Am
 braciēses autore Aristarcho præsidū a Philippo sibi īpositū eiecerūt. Vrbēq; ad gu
 bernationē popularē traduxerūt. Pariter & Thebani regiū præsidū Cadmea pelle
 re: ne ue amplius Græcorū Imperiū penes Macedōas esset: decreuerūt. Arcades: qui
 soli prius Philippo assentiri noluerāt: nec Alexandrū Imperatorē diligendū tūc cen
 sebat. Aliæ Peloponnesi gentes: uti Argiui: Elei: Lacedæmonii alii ue quidā pro liber
 tate retinēda cōsurrexerāt. Barbaræ etiā nationes nō pauca ultra Macedoniā: cōmis
 sa defectione: graues tumultus excitauerāt. Sed licet negotiū: & trepidatio maxima
 Regno Macedonia extātis motibus imminere uideret: ipse tamē Alexāder in iuue
 nili ætate: præter oīum opinionē: breui tēporis spacio: eas oēs difficultates expedi
 uit: illorumq; aliquos comi & blanda orōne demulctos sibi cōciliauit. Quosdā e ro
 re iniecto ad officiū reuocauit. Nōnullos per uim sibi parere cōpulit. Thessalos præ
 omnib; cōmorata ueteri cognatione: quæ sibi cū illis p Herculē esset: sermonibusq;
 humanissimis: uti magna ab se speraret: persuasos induxit: cōmuni totius Thessaliæ
 decreto ipsum Græciæ Ducē ut adsummeret. Conterminas itidem eis Gentes cū in
 partes suas traxisset: superatis Thermopylis ad illas trāsgressus: coactis Amphictyo
 nibus: fecit: ut cunctis eorū suffragiis Græciæ Dux decerneret. Cū ambraciensib; p
 legatos humanissime agit: data eis spe propediē ultro libertate ab se concessum iri.
 Sed ut eis: qui cōtra se peruicaces eēt: terroris aliquid incuteret: Macedoniū exerci
 tum instructissimū magnis itineribus in Bœotiam duxit: positisq; prope Cadmeam
 castris: Thebanos magna affecit trepitatione. Tunc athenienses: audito Regis trā
 situ in Bœotiam: non amplius eum nihil facere ausi sunt. Tanta enī in iuvene celeri
 tas: atq; in rebus agendis efficax diligentia: omnes: qui per contemptum ab eo erant
 alienati: perterrefecit. Igitur athenienses de comportadis in urbē rebus: deq; mœni
 bus bene firmadis decretū fecerūt: simulq; legatos ad alexādrū miserūt deprecātes:
 qd̄ in eo Duce nominādo tardiores fuissent. In ea legatione cum esset Demosthe
 nes: ad Alexandrum cum cæteris legatis nō peruenit: sed a Cytharone Athenas re
 uersus est: siue corruptus timore: qd̄ frequenter in sua repu. contra Macedonas uer
 ba fecisset. siue ut Regi Persas: se omnis suspicionis immunē seruaret. Magnam enī
 pecuniam ab illo eum accepisse fama erat: uti Macedonum cām apud ciues suos op
 pugnaret: quod ab Aeschine exprobatū ei esse aiunt. cū in oratione quadā de mune
 ribus acceptis: ira dicat. In præsens sane Regium aurum sumptus huic suppedirat:
 Sed hoc deinceps haud sufficiet: cū nullæ opes moribus improbis satis esse possint
 Alexander autem benigne Atheniensibus legatis respondens: magno metu eam rē
 pub. liberauit: accersitisq; Corinthum & legationibus & iis: qui essent cōciliū Amphic
 tyonum: postquam conuenerunt: differens ibi oratione: quæ æquissima uisa est: per
 E

Motus græ
 ciæ contra
 Alexan.

Dux Græ
 ciæ Alexan
 der.

Demosthe
 nis timidi
 tas:

Nullæ
 opes impro
 bis satis sūt

Imperator
Alexan.

Attali
mors

Status Per-
sarum
Ochi mors
Bagoæ in-
genium.

Artes

Dareus.
Rex me-
moranda.

Darei forti-
tudo

suasit eis: ut Decreto Imperatorē Græciæ se esse iuberent: uti uē expeditionē contra Persas: pro eorū ultione: quæ in Græcos cōmisisset: auxiliis iuarent. quo honore im-
petrato: cum suis copiis in Macedoniā rediit. SED Græciæ rebus tractatis: ad ea
quæ in Asia gerebant: transitū faciemus. Ibi audita Philippi morte: Attalus nouis re-
bus animū intendit: cōtraq; Alexandrum fœdus cū Atheniensib; firmavit: postmo-
dū pœnitētia ductus: Demosthenis epistolam: ad se missam: Alexandro deferēdam
dedit: uerbisq; blandis obiecta sibi crimina diluere conatus est. Verū cū regio iussu
Hecætus per insidias eū oppressisset: asiaticus Macedonū exercit; nō ulterius rebel-
lare cogitauit: quippe Attalo extincto: & Parmenione erga Alexadrū bene affecto.
Nos uero: de Persarū imperio mentionē habituros: superiora historiæ tēpora aliquā-
tulum repetere: operæpretium uidet. CVM Rex Philippus ad huc uiueret: Per-
sis Ochus imperabat: populis suis ob mores truces & sanguinarios pag; acceptus. Ita-
q; eū multis ex sua asperitate odiosum Bagoas: militum mille præfectus: spado qui-
dem: sed tamen natura & scelestus & bellicis rebus tractandis idoneus: per medicū
quendam data portione medicata: interemit: Filiumq; Regis iuniorem Arsen nomi-
ne in Regnū intrusit: eius fratribus: qui oēs iuuenes erāt: sublati e medio: quo Rex
solus relictus sibi obsequentior esset. Iam uero adolēcente Rege aīum ad patrata
scelera adiiciente: cū palam esset: de tot flagitiis: autore pœnas eū sumpturū eē: Ba-
goas insidias sibi intentas esse: in uulgus iaciēs: Arsen: qui iam annū tertiū regnabat
cū omni prole extinguit. Ita domo regia in solitudinē redacta: cū nullus eius gentis
superesset: cui Regnū p' successionē deberet: delegit eunuch; unū ex amicis: cui Da-
reo erat nomen: eumq; Regē fieri curauit. Erat aut; Dareus Arsani: qui Ocho Persa-
rū Regi frater fuerat: filius. Sed Bagoæ casus quispiam singularis: & memoratu di-
gnus contigit. Cum enim in consuetudinē parricidia cōmittendi uenisset: Dareum
etiam ueneno interimere aggressus erat: uerū dolo cognito: Rex comiter ad se Ba-
goam inuitauit: poculumq; in se paratum ei porrigēs: uti uenenum ebiberet: coegit.
Existimatus aut; est Dareus regiæ dignitati sustinendæ idoneus esse: quod Persis om-
nibus uirtute præstare crederet: propter huiusmodi facinus. Cum Artaxerxes antea
Rex persarum contra Cadusios bellum suscepisset: Ibi quodam e numero hosti-
um: cuius robur & animi cōstantia in ore oīum erat: inuitante ad certamen singulare
Persarū aliquē: cū nullus progredi auderet: solus Dareus periculo se obtulit: aduersa-
riumq; uictum interfecit. Qua ex re munera ingentia a Rege: & a Persis oībus exi-
stimationem eam rettulit: ut sibi fortitudinis quædam prærogatiua tribueret. Princi-
pum itaq; quem strenue se gerendo meruisse uisus est: per ea ferme tempora Dareus
accepit: quibus Philippo mortuo: Alexāder in Macedoniæ regnū successit. Cumq;
fortuna talem uig; Alexandri uirtutibus aduersarium opposuerit: euenit: uti plura &
aspera certamina de laudis principatu inter eos cōmitterent: quæ omnia: rebus suo
ordine explicatis: innotescant. Interim ad narrationis seriem redibimus: Dareus: cū
ante Philippi obitum Rex esset factus: cogitabat de bello in Macedoniā transferen-
do: sed illius morte audita: omni cura liberatus est: quod: Alexandri adolēcentiā nō
magni æstimandā iudicaret. Verum postq; magna in agendis reb; industria: neq;
minor celeritas Alexandri effecit: uti a Græcis omnib; Dux decerneret: iamq; iuue-
nis Alexandri uirtus passim prædicabat: Dareus ex iis: quæ fieri uidebat: attentior fa-
ctus: magnā diligētiā exercitui cōparando cœpit adhibere. Tiresmes multas instru-
xit. Magnam

xit Magnā mil-
legit. in quis fuit
Hic rex millia
gonandam cōren-
pfectus est per
fortitū esse. Est
sui mediū uelan-
dro factum esse
rūt: eam arte a D
opinionē est: qd
tranquillissimus
etiānum durante
mas sed pot; ut f
ignis terræ horiz
arctat: donec die
græq; solis ampli
in Cyzicon urbē
uastatis: ingentē
priusq; multos
Macedones per
natio militi in T
terioribus: uictu
datis motib; q
tū fecerāt: terrore
Illyricū locaq; i
tū eum tractū sibi
Græcia res nou
cisse. Quare m
multū reprimere
samq; arcē obsid
Thebis: cū om
fossis: & muniti
portari possent.
Cumq; etiam A
gnā uim armorū
a quibus subsidia
miserūt: quæ ibi R
tum quidē fecerāt
adhuc miserāt: ex
præfectus præsid
oppugnationem
ne genus multitu
opinionem ex Th
tura essent: host

xit Magnā militū multitudinē coegit: Ducesq; quos penes se meliores habebat. de
legit. in quis fuit rhodius Memnon uirtute: & rei militaris scientia præstantissimus Memnon.
Huic rex millia quinq; mercenariorū militū dedit: iniunxitq; ut ad Cyzicum oppu-
gnandam cōtenderet: nū ue eius potiri posset: periclitaret. Memnon cum ea manu
pfectus est per Idam: quē montē nōnulli fabulant ab Ida Melissei appellationē eam Mira de
fortitū esse. Est sane oīum: qui circa Hellespontū sint mōtes: altissimus: habetq; ad mōte Ida.
sui mediū ueluti Deis accipiēdis extractū. Antrū: Vbi trium Deorū iudiciū ab Alexā-
dro factum esse prædicāt. In hoc tractu Daetyli Idæi: qui primi ferē excudere cœpe-
rūt eam artē a Deorū matre docti: noti esse credunt. Sed enī rarissimū: supraq; oīum Daetyli
opinionē est: qd' monti huic usu uenit. Circa exortū canis in summo eius uertice aer Idæi.
tranquillissimus circūquaq; efficit: ne ea pars flatū aliquē uentorū sentiat. Ibi nocte
etiānum durante Sol radios suos emittens cōspicit: nō quidē ut circularis illius for-
ma: sed poti⁹ ut fulgor late in partes multas ab eo diffusus appareat: uelut si multus
ignis terræ horizōta corripuerit. post paulo totus ille splendor in unā magnitudinē co-
arctat: donec dimidiati stadii spatiū conficiat: tuncq; die adueniente iam plena inte-
graq; solis amplitudo diei lucem inducit. Superato igit mōte hoc Memnon subito
in Cyzicon urbē inuadit: parumq; absuit: quin eam caperet. Ea spe deiectus agris
uastatis ingentē prædā acquisiuit. Interea Parmēio urbē Grynium ui occupauit: ca-
ptiuosq; multos fecit. Pitanen etiā oppugnare cœperat: sed Memnōe superueniēte.
Macedones perterriti ab incepto destiterūt. Callas aut qui Macedonico: & mercē-
nario militi in Troade præerat: conseruit manus cū Persis numero militū se lōge su-
perioribus: uictusq; in Rœteū se retraxit. DVM hæc in asia gererent: Alexāder se
datis motib⁹: q in Græcia erant exorti: cōtendit in Thraciā. Ibi populos: qui tumul-
tū fecerāt: terrore iniecto cōpulsit: ut in fide manerēt. progressus deinde i Pæoniam:
Illyricū locaq; iis finitima: deuictis gentib⁹ aliquot Barbaricis: quæ rebellauerāt: to-
tū eum tractū sibi obsequentem reddidit. Hæc ei agēti superueniūt nuntii: multos in
Græcia res nouas moliri: ciuitatesq; non paucas: & præ oīb⁹ Thebanos ab eo defe-
cisse. Quare motus Alexander in Macedoniam est reuersus: ut factum i Græcia tu-
multū reprimeret. THEbanis autē conātibus præsidium Cadmea depellere: ip-
samq; arcē obsidentibus Rex cū exercitu magnis itineribus profectus: nou longe a
Thebis cū omnib⁹ copiis confedit. Sed pri⁹: quam id accideret: Thebani præaltis Alexan. ex
fossis: & munitissimo uallo Cadmeā cinxerāt: ut nec auxilia: neq; cōmeatus intro cō-
portari possent. miserātq; ad Arcadas: Argiuos & eleos: qui auxilia ab eis peterent. peditio cō-
tra Theba-
nos:
Cumq; etiam Athenas ad idem petendum quosdam legassent: a Demosthene ma-
gnā uim armorū gratuito acceperunt: quibus inermes milites instruxerunt. Eorū autē:
a quibus subsidia Thebani implorauerant. Pelopōnesiaci copias aliquas ad Isthmū
miserūt: quæ ibi Regis aduentū: cuius expectatio erat morarent: Athenienses decre-
tum quidē fecerāt. suadēte Demosthene: uti auxilia Thebanis darentur: sed nullos
adhuc miserāt expectātes quā in partē belli illius fortuna flecteret. Philotas uero
præfectus præsidii: quod erat Cadmeæ: cernens magnū Thebanorū apparatus ad
oppugnationem ineundam: mœnia diligentissime communiuerat: telorumq; om-
ne genus multitudinem magnam comparauerat. Verum postq Alexander præter
opinionem ex Thracia cum toto exercitu aduenit: incertumq; erat an auxilia aduen-
tura essent: ac hostium ualidissimæ uires palam conspiciebantur: Thebani Duces de
E ii

DIODORI

Alexan. co-
pia.

Proteruum
Theba. fa-
cinus.

Ostentum.

Oraculum

Prodigia.

Prodigiū
enarratio.

belli ratione cōsultare cœperunt: oībusq; est placitū: uti pro libertate retinēda decer-
raretur: idq; ipsum uulgi turba cōprobante: sese magna promptitudine ad belli di-
scrimen subeundū expediebāt: sed Rex suos cotinuit: quo illi moram pœnitendi ta-
lis consilii haberēt: nullo pacto existimans ciuitatē unā cōtra tantas copias dimicare
audere: Habebat enī Alexāder peditū ultra millia triginta: equitesq; ad tria millia: om-
nes in bellicis laboribus exercitatissimos: qui ue sub Philippo patre stipendia fecerāt:
atq; in nullis ferme præliis uicti discesserant: quorū uirtuti & audaciæ confusus Alexā-
der expeditionē cōtra Persarum Imperiū susceperat. Saneq; si Thebani temporum
fortunæ cedentes: legatos de pace ad Macedonas mississent: libentissime Alexan-
der eorū postularis annuisset: oīaq; rogatus cōcessisset: qđ mirifice studebat: Græciæ
rebus cōpositis: intactum bellū in Persas transferre. Sed cum se a Thebanis cōtem-
ptui haberi existimaret: urbem eam funditus euertere: ut: qui defectionib; studerent:
inde perterrerent: deliberauit. Itaq; exercitu aī ad dimicandū paratissimi instructo:
palam clareq; admoneri fecit: si quis Thebanorū ad se transire: & pacis omnib; Græ-
cis datæ societate ingredi uellet. Ibi Thebani: ut sese hosti exæquarent: e turri quadā
alta inclamari fecerunt: uti qui cum magno Rege & Thebanis Græciam in liberta-
tem uendicare uellent: & Græciæ Tyrannum extinguere: ad se transitionem facerēt
Inde Alexander ingēti dolore corruptus: in magnā prorupit indignationē: atq; pœ-
nis grauissimis Thebanos afficere statuit. Itaq; ueluti eferatus animi: machinas alia-
q; quib; hostes offenderet: expediuit. Tāti huius discriminis: quod Thebanis immi-
nebat: haud ignaræ ciuitates Græciæ ægerime quidē illorū calamitatē ferebant: sed
suppetias aliquas ferre nō audebāt: temereq; & nullo cōsilio in manifestissimam cla-
dem se se illos cōiecisse iudicabant. Cumq; animo alacri: & magno Thebani aduersa
omnia sustinerent: cogeant tamen nō nihil dubitare. ob rumores quosdā a uatibus
diuulgatos: nec min; ob signa quædam diuinitus facta. Antē oīa in Cereris templo
tela quædā aranearū tenuis adeo extēdi uisa est: ut pallii magnitudinē haberet. atq; in
eius circuitu forma coelestis arcus: haud absimilis ei: qui ī aere solet conspici: appare-
re: de qua re Oraculum delphicū huiusmodi responsum eis reddidit.
» Ostentum hoc superi cunctis mortalibus edunt.
» Sed mage Bœo tis: iuxtaq; colentibus urbes.
» Ab eo uero quod peculiare & patrium habebāt Oraculum: uocem hanc audierunt
Tela alii contexta malum: atq; alii bonum ea ipsa.
Signum hoc ante mensem tertium: quā Alexander Thebas perueniret: accidit. Sub
ipsum uero eius aduentum statua: quæ erant in foro uisæ sunt sudorē guttis prægran-
dibus emittere. Præter hæc magistratibus renuntiatum ē: stagnū: quod erat Onche-
sti: didisse uocem mugitui cōsimilem: atq; in Dirce horredā quadā speciem cruen-
tatam in summo aquæ supernasse. Nō defuerūt & alii ex Delphis: qui dicerent cul-
men ædis: quam Thebani construxissent: a Phocensibus uisum esse sanguine suffu-
sum. Qui coniectantes: ostentorū taliū significationē exquirere solent: dicebant por-
tendere Telam illam: Deorum ab urbe migrationē: Coelestis arcus speciē: molestia
rū uarii generis perturbationē: Sudorem de statuīs emissum: quod extrema incōmo-
da passuri essent. Sanguinem uero: qui in locis plerisq; cōparuisset: Cædis multæ ad
Thebanam urbem cōmittendæ indicium esse. Cōsulebāt igit: cum Dei apertissime
calamitatem urbi denuntiarent: ne pugna bellū uellent decidere: tutius esse: num di-
ctis conditionib;

etis conditionib; al-
mos demittebant:
Leuctricæ pugna
miratione cōsequi
inflati ad patriæ in-
quæ ad oppugnandū
totū exercitū suū
tur: alteri: ut pugna
cedendo præliū re-
runt: seruos libera-
li ppugnationē ho-
Regē erat: eosq; m-
ri & iocinæ ad tēp-
ritutarentur. Postq;
prælii signo: utrinq;
oculusq; iis emissis
pugna. Macedonē
inferebant: ut uix su-
tione in gymnasiis
bus tolerandis suffi-
debant: uulneribus
ratio in parte quid
pitudine corrupere
culo: patriamq; ipsa
ruerent: pugnaq; a
gentium celebra-
giam pugnantū u-
nos libertatis stud-
rauit iis: quos in su-
qui derepente in-
turbarunt: neq; idē
arrecti: quæcunq;
ut iactaret: Maced-
omnes soleāt: hosti-
perterreret: hi soli a
copiæ in laboranti-
uinci posse uideret
ne parum diligenter
eam occupandam:
dones per eam por-
um aciem debilitau-
etorix consequend-
runt: quin se intra m-
in urbem concurrer-

Etis cōditionib⁹ ab eo se explicare possent: quærere. Vex Thebani nihilomagi ani-
mos demittebāt: ex aduerso potius mente arrecta reducebāt: sibi mutuo in memoriā
Leuctricæ pugnae euentū: aliarūq; uictoriarū: quas sua uirtute præter spē nō sine ad-
miratione cōsequuti essent. Ita elatione quadā animosa potius: quā prudētī Thebani
inflati ad patriæ internectionem præcipitati sunt. Rex autē cū tribus cōtinuis diebus
quæ ad oppugnationē: quæ ue ad aciē instruendā facerēt: præparasset: in partes treis
torū exercitū suū diuisit: uniq; ut uallum ante urbis mœnia excitatum superare nitere-
tur: alteri: ut pugna Thebanos exciperet: tertiæ: ut laborantib⁹ subueniret: atq; suc-
cedendo præliū renouaret: demandauit. Thebani equitatū oēm intra uallum colloca-
runt: seruos liberrate donatos: qui ue peregrini aut exules ciuitatē incolebant: in ual-
li ppugnationē hostibus opposuerūt. Ipsi uero: cū Macedonico exercitu: qui penes
Regē erat: eosq; multitudine lōge superabat: uti manus consererēt: parati sunt. Pue-
ri & iocinæ ad tēpla decurrerūt Diis supplicatum: ut patriam a discrimine impendē-
ri tutarentur. Postquam igit⁹ Macedones sua quisq; in acie progressi sunt: dato tubis
prælii signo: utrinq; sub idē tēpus acriter cōcursum: ac tela in hostes coniecta sunt:
ocysq; iis emissis omnes gladiis comminus rem gerere cœperūt. Ibi atrox inita est
pugna. Macedones & hominū numero: & ipsius Phalangis impressione tantā uim
inferebant: ut uix sustineri possent. Thebani corporū firmitate: & cōtinua exercita-
tione in gymnasiis: atq; animi quadam altitudine præstantes: difficultatibus omni-
bus tolerandis sufficebant. Propterea multi ex utraq; parte fauciabant: nō pauci ca-
debant: uulneribus omnes aduersis sentiebaturq; simul gemitus: clamor & adhor-
tatio in parte quidem Macedonum: ne quæ prius strenue gessissent: tunc aliqua tur-
pitudine corrūperent: apud Thebanos uero: ne parentes & filios in captiuitatis peri-
culo: patriamq; ipsam: cui prorsus diruendæ intenti essent Macedonum animi disti-
tuerent: pugnaq; ad Leuctra & Mantineam cōmissa: quorū facinorum fama ubiq;
gentium celebratissima esset: recordarentur. Ad multum proinde temporis ob egre-
giam pugnantū uirtutē: cum prælii fortuna anceps fuisset: Alexander uidens Theba-
nos libertatis studio promptissime decertare: suosq; pugnando defessos esse impe-
rant: iis: quos in subsidiis locauerat: uti laborantibus succedentes pugnam exciperēt
qui derepente in Thebanos afflictos irruentes: grauius eos multis interfectis per-
turbarunt: neq; idcirco Thebani uictoria cesserunt: immo tunc uincēdi studio magis
arrecti: quæcūq; aduersa parum æstimabant: adeoq; strenue decertādo euecti sūt:
ut iactarēt Macedonas iam fateri: se Thebanis uirtute inferiores esse. Sane cum alii
omnes soleāt: hostium subsidiis prælium ineuntibus: ut pote quib⁹ uires integræ sint
perterreri: hi soli audentiores ad pericula omnia facti sunt: ex quo recentes hostiū
copiæ in laborantium locum subiuerunt. Ita cum nullo pacto illorum animi ardor
uinci posse uideretur: Alexander audiēs angustam quandam portam: amota statio-
ne: parum diligenter custodiri: Perdiceam datis militibus: qui rei sufficerent: misit ad
eam occupandam: sicq; uti in urbem irruerent. Eo negotio strenue peracto: Mace-
dones per eam portam intra mœnia penetrarunt. Tunc Thebani: qui primam hosti-
um aciē debilitauerant: secundaq; fortiter resistebāt: cum essent in bona spe uicto-
riæ consequendæ: sentientes partem urbis captam esse: non ulterius expectaue-
runt: quin se intra murum reciperent. Quod cum fieret: equites exemplo peditum
in urbem concurrere cœperunt. inq; eo tumultu suorum multos obritos interficie-

Pugna Ma-
cedon. &
Theba-

Thebano-
rum con-
stantia.

Thebani
uicti: &
urbs ca-
pta.

bant: ac ipsi per eā trepidationē cōmixti in uiag angustis: aut i fossas incidētes suis armis cōficiēbant. Ad hoc: qui in præsidio Cadmeæ arcis erant: exeuntes: magnam Thebanos: quos perturbatos sunt adorti: eadē faciebāt. Capta eo modo urbe Thebis multa & uaria crudelitatis genera cōmissa sunt. Macedones enī cōcitati ualde ex insolenti illa Thebanorū per præconē admonitione asperius ē: q̄ hostē deceret: in eos sæuiebāt. grauiusq; miseris insultātes nulli: qui occurreret: parcebant: quin statim eum obtruncarēt. neq; Thebani idcirco tuendæ libertatis animū remittebāt adeo: ut nullā seruandæ uitæ curā haberēt: sed ultro in aduenientes hostes incurrerēt: atq; illa ta ab eis uulnera alacriter exciperent. In ea nāq; urbis captiuitate Theban⁹ nullus re- ptus est: q; Macedoni alicui: quo uitæ suæ parceret: supplicaret: aut q; uictoris genua humiliter amplecteret: sed nullis uerbis calamitatē suā apud hostes miserati: nec exi- guū tēporis momētū ad prolatādā supplicii crudelitātē captauerūt. Nihil aut in tota urbe immune fuit direptionis. Pueri: uirgines cū eiulatu magno: parētū noīa in clamā- tes: passim trahebant: familiæ cū tota stirpe: in uniuersumq; ciuitas omnis in captiui- tatē rapiebat. Eorū uero: q; spiritū adhuc post multā aliorū eadē retinebāt: partim sau- cio corpore: cū aīa destitui inciperēt: hostē aliquē cōplexi nō sine solatio interempti se cū inimici moriebant: partim lāceæ trunco innisi: in obuium quēq; hostiū impetum faciebant: nouissimaq; illa contentione: q̄ sibi salute libertas potior esset: ostēdebāt. Maxima igit hōiū nece patrata: oīq; urbis loco cadauerib⁹ repleto: haud ullus ui- debat fore: qui ad tam dirū & calamitosum spectaculum miseratione non cōmorere- tur: tamen græci hōies: Thespienses: Plateenses: Orchomenii alii ue nonnulli The- banis inimici: sub Rege merentes: postq̄ in urbem irruerūt: priuatas similitates in il- los: aduersa fortuna exercuerunt: itaq; immāitatis & iniuriæ genus nullū omissum est. Græci Græcorū manibus: citra ullam misericordiam: mactabant: quicq; cognā- tæ gentis necessitudine iuncti erant: cōparis sermonis usu nihil animos emolliente: cædibus mutuis conficiebant. Tandem noctis initio facto domus oēs penitus dire- ptæ. fœminæ: pueri & senes: qui ad templa cōfugerāt cū oīs ignominia dedecore ab- ducti sunt. Cæsorū Thebanorū numerus fuit supra sex millia. Capti plures triginta millibus pecuniarum uis immensa passim distracta. Rex autē Macedonas: qui plu- res quingentis occubuerant: sepeliri curauit: Græcorumq; habito concilio: eis cōmī- sit: quo modo in captā ciuitatē uindicādū esset: uti decernerēt. Ibi cū res tractari cœ- pisset: quidā Thebanis infensi extremo supplici eos puniendos esse censuerūt: quos cōtra Græciam cum Barbaris fœdus iniuisse demonstrabāt. Xerxis enī temporibus auxilia Persis in Græciæ perniciem dedisse: solosq; Græcorum oīum: rāquam opitu- latores: apud Persarum Reges fuisse honoratos: ut Thebanorum legatis supra Re- ges sedendi locus daretur. Multaq; alia huiusmodi narrantes illi cæterorum ani- mos in Thebanorum odium inflammant: factumq; tandem est decretum: de ut- be euertenda: captiuis uenūdandis: deq; iis: qui aliquo aufugissent: uti ex oīb⁹ Græ- ciæ locis ad pœnam retrahi possent. Sententiam hanc consilii Rex sequutus. ur- be diruta magnum timorem iniecit iis: qui ab se defecissent. Venditis autem ca- ptiuis. quadringentorum quadraginta talentorum argenti summam coegit. His per- actis Athenas misit. qui decem Oratores: contra se ad populum concionatos: de- di peterent. Conuocato igitur populo: cum legati introducti postulata Regis expo- suissent: eis auditis: sollicitudine & dubitatione aī magna oēs correpti sunt. Cupie- bāt Reip,

Miseranda
direptio.

Ex templis
abducti
Theba.

Theba. p-
rogatiua
apud Per-
sas.

Thebæ
diruta.

bāt Reip. suæ digni-
sibi accerseret: adu-
cōtione uerba habu-
sciebat retū daret: di-
scilicet mortē subeū-
ignauia multū eis e-
tē populus iis: q; in-
Demosthenes med-
se incolumes seruau-
ab amicis Demosth-
seruarent: recitauit
cōprehēdebat: si mu-
sug: si aliqd merenti-
tum cōfirmarūt: atq;
gētes: etiā ut p̄cibus
des pfectus eloquē-
rāt: cōdonarūt: atq; p-
cū exercitu reuersus
Asiam uti cōsulerēt:
ti Parmeniōe & an-
tā expeditionē ag-
displcebat. Iniam e-
paternas copias fir-
sistere: turpe eē de-
multis ad bellū ani-
& musis scenica ser-
durauitq; ea celeb-
amplam struxerat
bant: legatosq; ciui-
terfuisent: militib⁹
ATHENIS autē
pirio: Alexander c-
Asiam traicere in-
donum oīum: e na-
quodā modo: ope-
cis aliorū ue iseris c-
ter recognouit: inu-
Mercenariorū c-
rii: ad quinq; millia:
rant: ut oēs triginta
ti: quos Callas Har-
gyus: Thessali: The-
reperi sunt. Equi-
tum. Cum his copi-

bāt Reip. suae dignitatē tueri: rursus Thebanorum clade perterriti: ne malum aliquod sibi accerferēt: aduersis uicinorū rebus facti prudentiores uerebant. Cū uero multi in cōcione uerba habuissent: exurgēs Phocion: q̄ Demosthenis factionē agēdo optime sciebat retūdere: dixit eos q̄ peterent: imitari debere Lei & Hyacinthidas filias: ultro scilicet mortē subeūdo: ne eorū cā detrimētū aliqd patria sustineret: atq; timiditatem & ignauitā multū eis exprobrauit: qui pro ciuitatis salute: mori detractarēt. Hūc ita agēte populus: iis: q̄ in cōtrariū dicebāt: assentiēs: facto tumultu e concione expulit. Cūq; Demosthenes meditatā orōnē habuisset: taliū uiroꝝ miseratione populus motus: eos se incolumes seruare uelle plane ostēdebat. Tandē Demades qnq; talētis argētī: quā ab amicis Demosthenis muneri acceperat: corruptus psuadere cōcepit: uti periclitātes illi seruarent: recitauitq; decretū ingeniosissime ab se cōscriptū: in quo oratoꝝ excusatio cōprehēdebat: simulq; populi pmissio recipiētis se in illos secūdum leges animaduertisse: si aliqd mereant supplicii. Populo id Demadis inuētum placuit: statimq; Decretum cōfirmarūt: atq; ipsum Demadē: & alios nōnullos ad Regē legatos miserūt: iniūgētes: etiā ut p̄cibus cū eo agerēt: ne Thebanos exules sibi recipere nōliceret. Demades p̄fectus eloquētiā suā uirib; oīa perfecit: uti Alexāder culpā iis: qui in se deliquerāt: cōdonatū: atq; populo atheniēsi alia oīa concesserit. Qui post hāc in Macedoniā cū exercitu reuersus: Duces & amicos suos p̄cipuos in cōsiliū uocauit: de transitu in Asiam uti cōsulerēt: qbus copiis id fieri: & qua rōne bellū iniū oporteret. Cēsebāt multi Parmeniōe & antipatro autorib; debere pri; Alexādri liberis operā dare: postea tā tā expeditionē aggredi eū posse. Sed ipse: q̄ reb; gerēdis intē erat: cuiq; cessatio oīs displicebat. Inīam eā ualde respuit: se ab ipsa Grācia electū bello gerēdo Ducē: & qui paternas copias firmissimas h̄ret: nuptiis celebrādis uacare: donecq; filii nascerent de sidere: turpe eē demonstrās. Cūq; illos docuisset: qd sibi expedire uideret: atq; rōnibus multis ad bellū animasset. Magnifica deis sacrificia: in Dio Macedoniā urbe. Ioniq; Ioni & musis scenica fecit certamina: quā ab Archelao supiorū tēporū Rege īstituta fuerāt. sis cerami na facta. durauitq; ea celebritas in diē nonū: cū musis singulis diē suū dedicasset. Scenā uero tā amplam struxerat: ut cētū lectos caperet: ubi amicos: & qui ordines in exercitu ducebant: legatosq; ciuitatū cōiuiuo acceperat. Splēdidissimi apparatus Epulo ei cū multi interfuissent: militibus etiam omnibus sacrificiorum: & conuiuii partes distributae sunt.

AT HENIS autem imperante Ctesicleo: & Romae consulibus. C. Sulpitio: & L. Pa Annus. II. pirio: Alexander cum exercitu ad Hellespontum profectus: ibi copias ex Europa in Transitus Asiam. Asiam traicere instituit: nauibusq; sexaginta discedēs Troadem uersus: primus Macedonum oīum: e naui hastā iaculatus: lictori asiae eā īfixit: ac statim exiit de naui: uisus quodā modo: ope Deorū captiuā terrā occupare. Hinc sepulchra Heroū: achillis: aia: cis aliorū ue īferiis ceterisq; honorib; ueneratus. Copias: quā secū trāsmiserāt: diligēter recognouit: inuenitq; peditū Macedonū millia duodecim: auxiliorū septem millia: Mercennariorum quinq; millia. His oībus praeerat Parmenio. Odrysi. Triballi. Illyrii: ad quinq; millia: sagittarii: & qui Agrianes uocantur: mille: eum etiam sequuti fuerant: ut oēs triginta millia numero eēnt. Equites uero Macedones mille & octingenti: quos Callas Harpali. F. ducebat: Graci omnes octingenti: quibus praeerat Eurygyus: Thessali: Thraces: antecursores: & Peones mille & nonigēti: duce Cassandro: reperti sunt. Equitatu omni numerus factus est quatuor millium & quingentorum. Cum his copiis Alexander in Asiam transiuit. In Europa sub Antipatro relique-

Phocion.

Demadis
con filiumIoni & mu
sis cerami
na facta.Annus. II.
Transitus
Alexan. in
Asiam.

Prædicta
Alexandro
uictoria:

Cōsultatio
Ducū Per-
sarum.

Ordinatio
copiarum
ad Grani-
cum & pu-
gna.

Spinthro-
bates uir?

rat peditum millia duodecim: equites ad duo millia & quingentos. MOuens aut ca-
stra Rex a Troade peruenit ad Mineruæ templum. Ibi sacerdos Alexander nomine:
cum ante ædem Ariobarzanis: qui Phrygiæ præses fuerat: statuâ humi pstratâ aliq;
non parui momenti ostēta uidisset: accessit ad Regem: eumq; in magno equestri cer-
tamine uictorē fore cōfirmavit: præcipue: si circa Phrygiam manus consereret. Adiū-
xit etiā manibus suis insignē hostiū Ducem eū interempturū esse: ea uero oīa sibi a De-
is ipsis & maxime a Minerva significari: quæ ei auxilio ad res foeliciter agendas futura
esset. Sacerdotis huius prædictionem læto animo accepit Alexāder: ac statim Miner-
uam amplissimo sacrificio honorauit: scutumq; suū ei dicauit: & ex tēplo alterū: quod si
bi firmissimam uisum est: detraxit: quo armatus pugnā primam iniuit: ubi sua cōfusus
uirtute celebrem uictoriam reportauit. Sed hæc paucis dieb; post gesta sunt. IN Te-
rea præfecti: & Duces Persarū: cū tardi fuissent ad prohibendū Macedonum transitū
in Asiam: cōuenerunt gratia cōsultandi: qua ratione bellū contra Alexandrū gerendū
esset. In iis Memnon Rhodius: qui militari prudētia ualde æstimabatur: censuit rem ini-
tio in discrimen deduci nō oportere. Sed agros uastando: necessariorū inopia: debere
hostem phibere: ne ulterius pgrederetur: simulq; in Macedoniam nauales & pedestres
copias traduci: ut bellū totum in Europam transferret. Optime prorsus uir ille consu-
lebat: ut de rerum euentu postea cognitum est. Sed Duces cæteri haud quaquā assen-
tiri uoluerunt: tanquam diceret: quæ parum ingenteis Persarum animos decerent. Cū
itaq; sententia ea: quæ dimicationem suadebat: superior fuisset: copias undiq; accersi-
uerūt: quæ numero hominum macedonicis longe erant maiores. Cum his in Phry-
giam ad Hellepontum progressi: prope Grannicum castra posuerunt: ripasq; flumi-
nis bene munierunt. Alexander de hostium profectiōe certior factus: magnis itine-
ribus obuiam uadens: ex aduerso illoꝝ castrametatus est: ut tantum Granici aqua in-
ter bina castra laberetur. Tunc Barbari ad montis latus retracti expectabant: ut ho-
stes in transitu fluminis adorirentur: quod ita dissipata eorum phalange uictoria se fa-
cile potiri posse sperarent. Sed Alexander audacia usus: ad primum lucis ortum ante:
quam hostis se opponeret: copias traiecit: aciesq; ad conflictum ordinauit. Cōtra eas
Barbari magna equitū multitudine obiecta: primū certamen absq; peditatu inire pro-
posuerunt. Sinistram itaq; exercitus partem Rhodius Memnon: & arsāmenes præse-
ctus cum suo equitatu tenebant. Post eos arsites: cui erat Paphlagones equites: Dein
Spinthrobates Ionix præses: cum Hyrcanis equitibus positi erant. In cornu dextro
erant Medi mille: & duo equitum millia sub Arrheomythre. totidemq; Bactriani: Me-
diam aciem habebant gentium aliarum equites: numero quidē multi: sed quorum uir-
tus explorata esset: ad decem millia. Peditatus uero Persarum nihilo erat minor: cen-
tum millibus hominum. hi omnes post acies substituerunt: quod equites crederent: suf-
ficere: ad Macedonū uires labefactandas. cōcursu igit equitum utrinq; facto cū sum-
ma alacritate Thessali equites: qui Parmenione duce in sinistro erant cornu: hostium
impetum firmiter sustinuerunt. Alexander autem: qui in altero cornu delectos equites
secū habebat: primus in Persas irruit. consertisq; acriter manibus: cedem hostium ma-
gnam faciebat. Barbari pariter strenue pugnantes: arrigebant animos: quo Macedo-
num uirtuti resisterent. Ibi in locum unum fortuna bello meliores ad contentionem:
pro uictoria obtinenda: deducere uisa est. Spinthrobates enim præfectus Ionix: ge-
nere Persa: quem Dareus generum sibi fecerat: egregiæ fortitudinis: cum magna
equitū

equitū manu in ipsos Macedonas inuasit. cūq; secum bellatores quadraginta uirtutis spectata sanguine oēs sibi iunctos haberet: aduersos hostes uehementia sua grauer urgebat: aliquibus interfectis & multis uulneratis: atq; eo in loco tāta eius uim nullus uidebat: posse sustinere. Tunc Alexander cōuerso equo in Barbararū cōtendit. Persa existimans: ueluti diuino munere: sibi concessum: ut cum Alexandro singulati certa mine cōgrederetur: quo Asiam oēm a grauissimo terrore liberare: simulq; audaciā illi passim iactatam reprimere posset: primus in Alexandrum cōiecit telum: quod Suniū uocāt: atq; summū ei dextrum brachium per thoracem uulnerauit. Rex statim extracum telum abiicit: calcaribusq; acriter equū urgēs: incursione & robore suo cōnissus pariter in medium Persae pectus lanceam inflixit: ad quā rem: qui utrinq; aderāt: ex summa fortitudinis admiratione exclamauerūt. Sed cum lāceae ferrum in thorace fractū: uulnus irritum fecisset: praefectus ense stricto in Alexandrū ferebat: qui statim lancea alia arrepta in faciem Barbarū magno cōfecit uulnere. Ad idē temporis momentū: cadentis Spithrobatis frater Rosaces equo inuectus: ense tā grauer caput Alexandri percussit: ut galea cedēte ictus leuiter ad uinū peruenerit. Ibidemq; iterū eum ferire cōnanti Rosaci Clitus niger cognomēto: equo accurrēs. manum abscidit. Prope duos fratres iacētes cōsanguinei oēs subito conglobati: telis omnes Alexandrum impetere cōeperunt. deinde comminus congressi nihil non sustinebāt: ut eum aliquo modo operimerēt. Sed ipse: licet multis & magnis incommodis impeditus esset: nihilominus magnam hostium multitudinem fortiter sustinebat. Thoracē habebat duobus in locis perforatum. Galea etiam uno: Scutum: quod ex Minerarū tēplo acceperat: ictibus tribus confixum fuerat. tamen nunquam pedem referre uoluit: Sed animi magnitudine elatus: aduersa omnia parum aestimabat. Cū demum hostium multi Duces circa ipsum interfecti fuissent: quorum clarissimi erāt Atixyes: & Pharnaces frater uxoris Darei Regis: & Mithrobuzanes ductor Cappadociarū: atq; iis sublati: ordines Persarum omnes per Macedonas fusi essent: primi: qui aduersus Alexandrum erant: post eos & reliqui omnes in fugam cōpulsi sunt. In ea pugna: omnium confessione: praecipuam fortitudinis laudem Alexander obinuit. Ab eo Thessali equites magnam commēdationē ex eo sunt consequuti: quod turmarum ordinibus bene seruatis: strenuissime dimicassent. Profligato ad eum modū equitatu: pugna a peditib; utrinq; excepta est: quae parū durauit: qd̄ Barbari ab eqtibus suis deserti: animis parū consistentes terga confestim dederunt. E Persarum copiis peditum millia decē: equites nō minus duobus millibus cāsi dicunt. capti sunt ad uiginti millia. Finito certamine Alexander suos: qui mortē oppetierant: magnificētissime sepeliuit: quo ad strenue capeffenda in praeliis pericula: eiusmodi honore ceteros inuitaret. Deinceps in Lydiā mouit castra: praefectoq; Mithrinne deditionem faciente: Sardeis arcesq; cum thesauris ibi depositis: recepit. Cūq; Persarū: q̄ aduerso praelio superfuerant: duce Memnone Miletū con fugissent: Rex eo profectus prope oppidum castra posuit: continentique oppugnatione: nullo die intermisso: integros fatigatis submittens non cessabat pro mœnibus decertare. Sed qui intus erant facile initio de muro se defendebant: cum militum magna multitudo essent: telorumque & aliorum propugnationi necessariorum uim grandem haberent. Sed postq̄ Alexander machinis appulsis: intentius mœnia quatere: & terra marique simul inira oppugnatione: per disiectam muri partem intro Macedones irrumpere cōeperunt: illi in fugam sunt conuersi. Milesii cum

Egregia
Alexan. &
Spith. di-
micatio.
Suniū.

Rosaces.

Clitus.

Firmus
Alexan. ani-
mus.

Mileti op-
pugnatio.

Boni impe-
ratoris con-
siliū.

Agatocles
Alexā. imi-
tatus.

Halicarnas-
sus.

Callidum
factū Mē-
nonis.

Ada.

Alexā. libe-
ralitas.

Halicar-
nassī oppu-
gnatio.

supplicantium insignibus ad Regis pedes prouoluti sese: & urbem in eius fidem dedi-
derunt. Barbaros aliqui interfecti: nonnulli ex oppido se subtrahentes aufugerat: reliqui
omnes capti sunt: quos Alexander uendidit. In Melesios aut magna est uisus benigni-
tate. CVM uero nauales copias parum sibi utiles esse: & maximo sumptu indigere
animaduertentes: classem oem remisit: pauculis nauibus retentis ad instrumenta oppu-
gnationū deuehenda. in eo numero erant uiginti naues missae ab atheniensibus. Aliq-
dicunt ex usu rei bellicae Alexandrum missionem eam excogitasse: quod enim Dareū
aduenturum: magnoq; praelio configendum esse apparebat: existimasse Macedonas
ardentius dimicatuuros: si omnem fugiendi spem ablatam uiderent: quod etiam in pu-
gna ad Granicum commissā prouiderat: ibi enim: a tergo uti flumen haberent: curas-
se: quo nullus fugam tentare auderet: uidens cedentibus omnibus in ipso fluminis al-
ueo certissimā eadem paratā esse: Temporibus etiā insequentibus Syracusarum Regem
Agatoclem exēplo alexandri: magnam & insperatam uictoriam esse consequutum:
Transgressum enim cum paruis copiis in Aphricam: nauibus omnibus incensis: fugie-
di spem exercitui ademisse: atq; ut strenue decertaret: per necessitatē induxisse: quam-
obrem Carthaginenses: qui multa hominum millia contra se duxerat: superauerit. Capta Mi-
leto: Persarū multitudo ingēs: militesq; conductitii cū Ducibus: qui optimi cēlebant:
Halicarnassum se receperunt. Ea maxima est urbs oīum in Caria: Regū sedes: cui ma-
gnum ornāmētū afferūt arces elegāter extructae. In eo regē statu Memnon uxorem
& liberos suos ad Dareū misit: ex eorū traditione suspicatus: pariter & suorum securita-
ti bene prouisum: & Regē: tam bonis obsidibus acceptis: facile omnium administra-
tionē sibi crediturū esse: quod nō secus euenit. Subito enim Dareus ad oēs: qui prope
mare incolebāt: litteras misit: quibus demandabat: uti Memnoni obsequentes essent:
atq; eo modo Memnon Imperio suscepto: quacūq; oppugnationi sustinendae usui
erāt. Halicarnassi prae parauit. Rursus Alexāder mari oppugnatoria instrumēta & fru-
mentū eodē cōportari iussit: atq; ipse cū oībus copiis in Cariam progredi cōcepit. In iti-
nere ciuitates humanis officiis sibi cōciliabat. Sed Gracis maxime gratificari studuit:
ciuitates eorū & liberas & imunes a uestigalibus oībus esse iubens: illudq; passim di-
ctitans: pro Gracorū liberatione bellū se cōtra Persas suscepisse. Cum uero ei iter facie-
ti foemina: cui Adae erat nomē: eius generis: ut in Cariae principatum succedere debe-
ret: obuiā uenisset: factisq; uerbis de Regno: quod maiorū suorū fuerat: uti ad id conse-
quēdū sibi auxilio eē uellet: orasset: Alexāder eam Cariae īperare iussit: quo beneficio
erga Adam Caras oēs sibi beniuolos plurimū reddidit: protinusq; ab oībus ciuitatib;
ad eum honorandū missae sunt legationes cū aureis coronis: promiseruntq; mandata
oīa se facturās. Postea Alexander: positus ad Halicarnasson castris: oppugnationem
acrem & terribilem instituit. Initio enim continua: & identidē per succedētes ītegras
renouata pugna: mœnia superare cōnati sunt Macedones: nullaq; diei partē: quin oī-
bus periculis se exponerent: intermittebāt. Post id uarii generis machinis expeditis: te-
studines tres fossis: quae ante urbē erant superinduxerunt: atq; ita arietibus turtēs: mu-
rūq; īterpositū quatere cōeperūt. quorū parte diruta: quod reliquū māserat cōsertis ma-
nibus in urbē proruerē fecerunt. Memnon strenue Macedonas: qui primi in mœnia
impetū fecerūt: repulit. Habebat enim magnū in urbe militū numerum. In machinas
aut adductas: noctu cum multis eruptione ex urbe facta: ignem cōiecit. aciq; ita prae-
lio ante urbem inito: Macedones uirtute multū hostibus praestabant: sed Persa mul-
titudine:

titudine: & omni apparatu abundabā: eisq; decertantibus multum: qui erāt in muro:
 auxiliabant. Hi iaculis & telis Macedonas partim interficiebant: partim sauciabant:
 simulq; utrinq; tubicines bellicum canebant: & magnus ex omni parte militū clamor
 edebatur. cōprobantium quæ apud hos uel illos fortissime fieri cōspiciebant. Erāt qui
 crescentē in machinis ignē extinguere conarentur: qui etiam cōminus congressi mul-
 tam hoīum cædem facerent. Alii in urbe noua mœnia in deiectione locū multo priori-
 bus firmiora excitabāt. Duces autē Persæ: qui cū Memnone erant: ubi plurimum pe-
 riculi erat: se offerebant: strenueq; pugnatibus magna pollicebant munera: per quod
 fiebat: ut pro uictoria obtinēda oībus animorū ardor incredibilis esset. Vidisset quos-
 dam uulneribus saucios: defectis uiribus cadentes: ex acie deportari: alios pro iacen-
 tium defensione: ut auferri possent: acerrime prælio cōtendere: aliquos periculi magni-
 tudine fractos pedē referre: sed Ducum adhortatione concitados audaciam & animū
 recipere. Tādē Macedones aliquot ante ipsas portas iterfecti sunt: & in iis Neopto-
 lemus & Ducum numero uir magni nominis. Cum dein turres duæ: totidēq; mœniū
 interstitia solo æquata fuissent: noctu milites quidā Perdiccæ temulenti in arcis murū
 temere conatum facere sunt ausi. qua hoīum uecordia anima duerfa. Memnon cū suis
 longe pluribus eos inuasit: in fugam cōpulit: pluresq; interfecit. Eo cognito Macedo-
 nes multi: atque hi qui apud Alexādrū præcipui habebant: auxilio suis accurrerunt: cō-
 missaq; acri pugna Persæ superati in urbē se retraxerunt. Tunc Rex per præconē Ma-
 cedonas: qui pro muro ceciderant: ad sepulturā ut sibi concederent: petiit. Ephialtes
 & Thrasibulus Athenienses: qui erant in Persarū auxiliis: eos nō dedendos censebāt:
 nihilominus Memnon id ipsum Regi indulxit. Post hæc Persarū principes cū de sūma
 regis cōsultarent: Ephialtes dixit: sibi expectandū non uideri: ut urbe occupata omnes
 in captiuitatē uenirent: potius debere Duces ipsos cū hostibus cōgredi: priusque mi-
 lite cōductio belli fortunā experiri. Memnon: qui eius uiri maximam fortitudinē per-
 spectam habebat: atque spei plurimū semper in eius animi magnitudine: & corporis
 firmissimo robore posuerat: permisit ut quod sibi expedire uideret: id faceret. Ille de-
 lectis duobus millibus mercennariorū militum: instituit: uti eorū dimidium arduos ti-
 tiones teneret: alteri instructi contra hostes essent. subitoque prima luce portis patefa-
 ctis: se cum iis ex portis effudit: ac ignem in machinas coniecit: qui protinus ingērem
 concitauit flāmam. cum aliis autem: qui acie densissima constiterant: hostibus ad ma-
 chinas seruantibus festinantibus occurrit. Alexander hāc rem persentiens Macedonū
 præcipuos in priori acie collocat: in subsidio delectos ponit milites: postremam acie
 spectatæ uirtutis hominibus firmat: atque ita ipse ante omnes hostes: quorum impe-
 tum nulli ferre posse existimabant: repressit. Misit & qui in machinis factum incēdiū
 restinguerent. Sed enim immensis undique editis clamoribus: & tubis classicum per-
 sonantibus: atrocissimū certamen initum est: cū uirtus & summum consequendæ lau-
 dis studium utrisque nō deesset. Ignem Macedones: ne ulterius in machinas serperet:
 prohibuerant: sed in ipsa pugna hostibus multo erant inferiores. Ephialtes enim cor-
 poris robore aliis omnibus præstans: quotquot sibi in manus iciderent: interficiebat:
 & qui erant in muro recens constructo. ingenti ui telorū coniecta: multos opprime-
 bant. Turrim enim ligneam altitudinis cubitoꝝ centum repleuerant tormentis ad ia-
 cula & sagittas emittendas. Propterea cū Macedones multi cecidissent: aliq; uitādæ
 telorum multitudinis causa pedē referrent: simulque Memnon cum magno militū

Varia op-
 pugna. &
 propugna-
 munia.

Neoptole-
 mus.

Memnōis
 æquitas.

Ephialtes
 eruptio.

Pugna
 atrox.

Veteranorū
macedonū
uir-
tus.

Halicar. ca-
pta & diru-
ta.

Marmares

Consilium
ferum.

Impietas
barbara.

Annus III.

Memnon
Dux.

numero suis subsidio uenisset: Alexander in dubitationem magnam deductus est: ut quid consilii capiundū esset nesciret. Ibi cū firmissimi iam essent Persæ: magna rex im- mutatio in ipso prælio facta est. Veterani macedones: qui per totum ætatis spatiū sem- per in rebus arduis: & periculosis uersati erant: & sub Philippo merentes frequēter ui- ctoriam cōsequuti: ad summam fortitudinem ita prouecti fuerant: prudentia & rei mi- litaris cognitione longe omnibus præstantes: tyronibus pugnā detrectantibus ama- rissimis uerbis ignauia exprobrata: ipsi in unum coacti: confertis simul clypeis: ho- stes: qui iam se uicisse arbitrabantur: exceperunt: Ephialtesq; & multis aliis inter- fectis: reliquos: ut in urbem refugerent: cōpulerunt: cū qbus mixti Macedones nocte incipiente intra mœnia penetrauerant: sed cū Rex receptui cani iussisset: in castra om- nes redierunt. Tunc Duces: præfectiq; Persarum: cum Memnone cōcilio habito: ur- bem relinquere decreuerūt. Igitur optimo præsidio: apparatusq; omniū rerum idoneo in arce posito: reliquam hoīum multitudinem & pecuniarū uim secum in Con abdu- xerunt: quod cū Alexander ad primum lucis ortum intellexisset: urbem captam diruit: arcem: muro & fossa inductis: cinxit. His actis cum exercitus parte Duces in mediter- ranea misit: iniungēs: ut finitimas omnes ciuitates in potestatem suam redigerent. Illi re strenue gesta: terris oībus usq; ad maiorem Phrygiā deuictis: ex præda capta exer- citum sustentarunt. Alexander autem in maritima profectus: captis urbibus multis: & castellis: quæ munitissima erāt: magno opere expugnatis: regiōes omnes usq; ad Cili- ciam obtinuit. In his locis ut miro quodam: & singulari casu oppidi unius potitus fue- rit: prætereundum nō uidetur. AD extrema Ciliciæ rupem quandam munitissimā in colebant Marmares nuncupati. horum pleriq; faciente illac iter Alexādro: nouissimū eius agmen adorti: compluribus interfectis: non paruum hominum & iumentorum numerum abegerunt: quā iniuria Rex irritatus loci illius oppugnationem instituit. atq; omni conatu: ut eam gentem debellaret: contēdit. Marmares & fortitudini suæ: & op- pidi situ consili: fortiter oppugnationi resistebant. iamq; biduum integrum nunquam pugna intermissa fuerat: apparebatq; Regem non prius cessaturum: q̄ rupem eam su- perasset. Ibi Marmarum seniores: iuuentuti persuadere tentarunt: ne uim experiri per- seuerarent: quod fortasse negotium cum Rege componi posset. Illis huiusmodi sen- tentiam respuentibus: cunctisq; simul cum libertate interire sibi proponētibz: senes aliud consilium hoc dederunt: uti pueros: scēminas: senesq; omnes interficerent: ipsi: quibus ob corporis firmitudinē haud difficulter salus quæri posset: noctu per hostes medios in montem proximum aufererent. Comprobato hoc consilio a iunioribus: iussi sunt senes quisq; domum suam reuertī: ibiq; cum cognatis cibo & potu delicio- ri resecti mortē expectare. Visum est dein iuuenibus: qui erant circiter sexcēti: a cæde cognatorum hominum abstinere: sed domibus ignem iniicere: eoq; facto portis pate- factis discedere. Ut constituerant peractum est: cuiusq; suorum ciuium ut incēsa do- mus pro sepulcro esset: fecerunt: ipsiq; durante adhuc nocte per hostium castra eua- dentes in propinquum montē se cōtulerunt. RES eiusmodi anno hoc conigerunt: in sequēti uero: quo Athenis Nicocratus imperauit. Romæq; Valerius cæso: & L. Pa- pirius consules fuerūt. Dareus Rex ingentem pecuniam Memnoni misit: eūq; totius belli Ducem appellauit: qui: conducta magna militū manu: trecentisq; nauibus instru- ctis susceptam belli administrationem curabat Chion in partes suas traxit. In Lesbō cum classe traiecit: primoq; impetu Anuissam: Methymnā: Pyrrham & Eresum occu-
pauit

pauit. Mytilenēsq;
erat dies complure
tandem per summa
uulgata: multa ex C
illa de eo in Græci
ut eius infulæ urbe
studebāt: sicuti Lac
nis uirtutē ulterius p
in dies eo magis pro
q; sibi pro certo per
nonis morte audita
tu ad res maritimas
copiis in hostē pgr
aciem prodire: quoc
Atheniēsis uirtute &
gemuerat: & in oī
admonuit: ne temer
ge & late patebat
ret: contra Maced
cere dicebat: ut eor
magis si dem facere
modi Charidemi u
tur: consentibus: a
li administrationem
citius ira Charidem
quæ factū est: uti b
Charidemū zona
dum traderet: qui
tia affectū iri: atq;
Charidemus: pro
iectus est: Rex po
noris impotenter
state infectū redd
ante oculos Alex
idoneum Ducem
coactus est ipse ad
bus copias euocat
quos meliores nou
ut secum in certam
pra aduenisset: tou
ultra milia quadrin
ne Dareus Ciliciam
& duas filias. Alex
sibi ab eo receptas:

pauit. Mytilenē: quæ magna: & omni apparatu belli: firmoq; præsidio munitissima erat dies complures: non sine magno suorum militum detrimento: cum oppugnasset tandem per summas difficultates cepit. Statimq; summa Ducis huius strenuitate divulgata: multæ ex Cycladibus Insulis ad eum legatos pro fœdere miserūt. Fama etiā illa de eo in Græciam peruenerat: quod ad Euboeam, cū classe pfecturus eēt: adeo: ut eius insulæ urbes magno timore correptæ fuerint: & qui ex Græcis Persarum reb; studebāt: sicuti Lacedæmonii: ad nouar; reg; spem arrigerēt. Vex fortūa Memnonis uirtutē ulterius progredi nō permisit. In morbum enim grauem prolapsus: cum in dies eo magis premeret: decessit. Idq; nō mediocre Darei reb; detrimentū attulit: q; sibi pro certo persuaserat: bellū totū in Europam ex asia trāslatum iri. Sed enī Memnonis morte audita: conciliū amicorū habuit: rettulitq; ad eos: utrū Duces cū exercitu ad res maritimas mitti censerent: an magis expedire uideret: Regē adductis oib; copiis in hostē p;gredi: & belli fortunā experiri. Tunc quibusdā suadētibus ipsum in aciem prodire: quod Persæ omnes cupidissimo aīo decertaturi essent: Charidemus Atheniēsis uirtute & oībus artibus iperatoriis præstantissimus: qui sub Philippo rege meruerat: & in oībus rebus obeundis princeps: & consilio optimus erat: Dareū admonuit: ne temere Imperium suum in aleam cōmitteret: Sed illud ipsum: quod lōge & late patebat: in officio contineret: Ducem autē: cuius prudētia explorata haberet: contra Macedonas mitteret: ad quam expeditionē centū millium peditatū sufficere dicebat: ut eorū tercia pars essent Græci stipendio cōducti. Quo uero dictorū magis fidem faceret: pollicebat se se bellum illud confecturū. Mouerāt Regem eiusmodi Charidemi uerba: Sed regiis amicis diuersa quæ plus dignitatis habere uidebātur: censentibus: atq; eam de Charidemo suspicionem Dareo iniicientib;: quod belli administrationem sibi demandari cupiebat: uti res Persar; Alexandro proderet: cōcitus ira Charidemus Persis ignauiam & timiditatem aperte cœpit exprobrare: per quæ factū est: uti Rex offēsus ob iram: quid expedire uideret: par; prospiceret: Sed Charidemū zona cōprehensum: quod est moris Persar; apparitoribus interficiendum traderet: qui cum ad supplicium traheretur: exclamauit: breui Regē pœnitentia affectū iri: atq; iniuriæ sibi factæ amissione Regni pœnas daturum: eoq; modo Charidemus: propter male tempestiuā loquēdi audaciā: ab altiori fortuna & uita deiectus est: Rex postmodū sedata ira cum mentem recepisset: grauius se ipsum facinoris impotenter cōmissi inculauit. Sed quod iam erat factū: haud dabat regia potestate infectū reddi. Itaq; secū: q̄ta Macedonum fortitudo esset: coniectans uelutiq; ante oculos Alexādrī ad oīa promptitudinē sibi proponens: circūspiciebat quēnā idoneum Ducem in Memnonis defuncti locum sufficeret. cumq; nullum inueniret coactus est ipse ad pariclitandam regni sui fortunam descendere. E locis igit; omnibus copias euocat: iubetq; Babylona conuenire. Ex amicorum & affinium numero quos meliores nouerat: delegit: eosq; partim ordinibus decentibus præfecit: partim ut secum in certamen contra hostem proficiscerent: constituit. Cumq; dies præscripta aduenisset: totus exercitus Babylone coactus est. in quo peditum numerus erat ultra milia quadringenta: equitat; non minor cētū millibus. Cū hac tāta multitudine Dareus Ciliciam uersus iter cœpit: secum ducens matrem: uxorem: filium unum & duas filias. Alexander cum ante Memnonis obitum: Chion & urbes aliquot Lesbī ab eo receptas: Mytilenem p uim occupatā esse: atq; cū classe trēmū trece tag;

Memnois
mors.Charidem⁹Persar; zo
na prehen
dere.Charidemi
mors.Darei co
pia.

DIODORI

Alex. agro-
ratio.
Philippus
acarnan.

Alex. lyn-
cistes

Portæ.

Magnus
conflictus
ad Issum

& magno peditatu eum in Macedoniâ trāsire uelle: Græcosq; multos ad defectionē paratos intellexisset: nō mediocri solitudine afficiebat: qua omni liberatus est: ut pri-
mū de ei⁹ morte nuntiū accepit. SVB hoc tēpus ī morbū acrē incidit: cumq; indies
gravi⁹ pmeret: medicos accersuit: qui oēs excepto Philippo acarnane: ut eū remedi-
is adiuuare possent: uerebant. Ille medicamētis uehemētib⁹ & p̄sentaneis uti solitus
p̄misit p̄ medicatā potionē se eum a morbo curaturum. Alexander libetī animo hoc
audiuit: imperata oīa facturus: quod iam fama erat: Dareū Babylone cū oībus co-
piis discessisse. Itaq; Philippus data potionē: cū & agrotātis natura: & adiuuētū ar-
tis pariter cōniterent: a morbo prorsus Alexandrū liberauit. Propter qd̄ beneficiū
magnificentissime honoratus: atq; inter p̄cipuos Regis amicos receptus est. Ma-
ter aut̄ Alexandri: cū multa: quæ expedirent: filio per litteras significasset: inter alia ad-
mouit: uti ab Alexandro Lynciste sibi caueret. Erat is homo fortitudinis egregiæ: &
prudētia multa p̄stabat: atq; ei iuxta ac aliis amicis Regis: fides in oībus habeba-
tur. Accesserunt & rumores alii ī eiusdē criminationē passim iactati. Idcirco iussu ale-
xādri capt⁹ & ī uincula cōiect⁹ custodiā tradit⁹: uti de eo cognitio habebat. Sed enī
cū alexandro renūtiatū eēt paucorū dieꝝ iter Dareū abesse. Parmenionē q; parte co-
piarū ad loca: per quæ illi erat transeundū (portas nuncupabant) p̄occupanda mi-
sit. Profectus Parmenio: Barbaris: qui iam arctiora ea loca infederāt: deturbatis: p̄se
ibi uictor constitit: Dareus: ut exercitū expeditū duceret: impedimenta: lixas: calones
q; gentē bello inutilem: Damasci: quæ est in Syria: reliquit: audientēq; alexandrū an-
gustias locorū occupasse: inde eum pugnam detrectare arbitratus magnis itinerib⁹
p̄gredi cœpit. Iunc regionum earum homines magna Persarum multitudine perter-
riti: Macedonū paucitatē cōtemnebat: eisq; desertis Dareo se adiunxerunt: cōmeat⁹
aliaq; necessaria prompto animo ei subministrantes. Ipsorū deniq; snīa Persis in ma-
nu certissima uictoria esse uidebat. Alexander interim Issō urbē insignem terrore inie-
cto recepit. Ibi factus est certior ab exploratoribus Dareū septem millia passuum ab-
esse: atq; acie instructa: cū ingenti omnium terrore: propius accedere. Existimauit ip-
se Deorū beniuolentia occasionē eā sibi offerri: qua uno certamine Imperiū totū Per-
sarum eruere posset. Itaq; oratione accōmodata milites: ad p̄lium uiribus oībus in-
eundum: adhortatus peditū atq; equitū ordines secundū loci naturā disposuit. Ante
agmen totum equites constituit: peditum phalangem post illos ueluti in subsidio eē
iussit. Ipse in prima acie ad cornu dextrum cū fortissimis equitibus in hostem contē-
dit. Cornu alterum tenebant equites Thessali: qui aliis oībus & uirtute & ulu p̄sta-
bant. Postq; acies ad teli iactū appropinquarūt: tāta uis telorum a Barbaris in eā
partē: ubi erat Alexander: coniecta est: ut missilium densissima multitudo se mutuo col-
lidēs iectū inualidum habuerit. Tubicines aut̄ cū utrinq; bellicum personassent: Ma-
cedones primi ingenti uoce in laticia signū omnes conclamarunt. Barbaris rursus
clamorem suum edentibus: mōtes oēs propinqui resonarūt: tantusq; fuit sonus ille:
ut tubarum clangorem obruerit: nec mirū: una enim uox quadringentorum milliū
hominum reddebatur. Alexander omnes hostium partes circūspiciebat: ut Dareū
nosceret: quem ut uidit subito cū omni equitatu: quem secum ducebat: in eum inuehi
cœpit: neq; tam uictoriæ de Persis obtinendæ intentus erat: q̄ ut ipse eius causa fuisse
cognosceret. Interim cætero omni equitatu simul decertante: multis ubiq; cadenti-
bus. certamen ob dimicātiū fortitudinē ancipitis erat existimationis: cum & in hanc
& in illam

& in illam partem
aut feriendo frustra
ri aliquis exposuit
nec anima eos pro
studio deficerent
res: alios ad ide
pro uictoria ad
Persas Darei regis
omnibus in Dare
piisq; secū equitib
petum fecit. Ratu
raturū: ante eius qu
cū hoste mībus
illi cedebāt. Itaq; b
n. oēs Regi man⁹
bat. Ceciderūt in
omithres: & Tasia
rex: Alexander in
autē: qui ad Darei
aceruis consternat
Tunc ipse tanto e
sarū: coactus ē hal
rant regii ministri
iuxta exorto: host
corruptus est Dar
ū primi se in fugam
breui terga uertē
se conculcantes
coaceruati iaceb
ti cōfossi extingui
tos equos impell
gnam phalanx m
fligati enim prius
nibus itaq; barba
perent: citissime e
data est persis: qu
cedones: persequ
nium in tabernacu
Magna argēti: au
sunt. Affiniū etiā a
hebant. Non tan
auratis uectā: de l
& pro delitiis: quib
secum deferre solit

& in illam partem factis alternis mutationibus appenderet. neque quispiam aut iaculando aut feriendo frustra id ipsum conabatur: cum in tanta hominum multitudine semper uulneri aliquis expositus esset. Multi aduersis confecti uulneribus cadebant: atque ita: donec anima eos prorsus defereret: haud cessabant a pugna: ut spiritu prius quam pugnae studio deficerent. Ipsi uero Duces ante ordines suos fortissime pugnam capeffentes alios ad idem faciendum incitabant. Vulnerum species innumerae: contentiones pro uictoria adipsam & diuersae & magnae conspici poterant. Inter haec Oxathres Persas Darei regis frater: qui maxima fortitudine censebatur: uidens Alexandrum repulsis omnibus in Dareum contedere: deliberauit eandem cum fratre fortunam experiri: adsumptisque secum equitibus: quos meliores ex suis ordinibus nouerat: in Alexandri turmas impetum fecit. Ratus autem pietatem erga fratrem magnum sibi apud Persas nomen comparaturum: ante eius quadrigas pugnam excepit: ubique in tali re bene exercitatus: confertis cum hoste manibus multos interficiebat: nec Macedones: qui cum Alexandro erant: fortitudinem illi cedebant. Itaque breui magnus cadauerum cumulus ante Darei quadrigas excitatus est. cum n. oes Regi manus inferre studerent: utrique acerrime absque aliquo sui seruandae cura pugnabat. Ceciderunt in certamine eo multi insignes Persarum Duces: in iis fuit Antixyes: Arrheomithres: & Tasiaces praefectus Aegypti. Macedonum uero multi desiderati sunt: & ipse rex Alexander in femore est uulneratus: cum magna hostium uis se in eum effudisset. Equi autem: qui ad Darei quadrigas iuncti erant: multis confecti uulneribus: & cadauerum aceruis consternati frenum excusserunt: atque Regem ferme in medios hostes rapuerunt. Tunc ipse tanto expositus periculo: praeter suam dignitatem & instituta Regni Persarum coactus est habenas ad equos retrahendos suis manibus apprehendere. Adduxerant regii ministri quadrigas alteras: quas cum transcedere cogeretur: & tumultu magno iuxta exorto hostes uehementer ingruerent: magna animi perturbatione & timore correptus est Dareus: quod cum a Persis quibusdam in Rege animaduersum esset: ii primi se in fugam coniecerunt: proximisque equitibus eos sequutis. reliqui demum omnes breui terga uerterunt. Cumque per loca angusta & difficilia iter eis facendum esset: mutuo se conculcantes cadebant: multiq. citra hostilem offensam interficiebantur. simul enim coaceruati iacebant inermes: armati & aliqui gladios nudos secum habentes: quis multum confossi extinguebantur. super eos prostratorum hominum cumulos multi cursu incitato equos impellebant: uti in urbem aliquam amicam se reciperent. Excepit post id pugnam phalanx macedonica & peditatus Persarum: sed breui certamen illud durauit. profligati enim prius equites quoddam initium totius reliquae suorum cladis dederant. Omnibus itaque barbaris suis: cum tot millium turbam fugientem angustiae locorum non caeperent: citissime eorum stratis cadaueribus omnia sunt repleta. Sed nocte superueniente data est persis: qui superfuissent: commoditas ad regiones uarias se conferendi: cum macedones persequutione omissa ad praedam diripiendam restitissent. maxime omnium in tabernacula regia concursus factus est: ob rem pretiosarum copiarum: quae in eis erat. Magna argenti: auri uis: & uestes quam plurimae ac magnae aestimationis illinc abreptae sunt. Affinibus etiam amicorumque Regis: & ceterorum Ducum res diuissimae multae passim trahebantur. Non tantum enim regiae mulieres: sed & eius necessariorum uxores: curribus deauratis uectae de Persarum more maritos in bellum sequi: proque opum suarum amplitudine & pro delictis: quibus nutritae sunt: apparatus & mundum muliebrem sumptuosissimum secum deferre solitae sunt. Huiusmodi foeminarum captiuitas nulli non uehementissimam

Oxathres.

Darei di
scrimen.Persa. Re
ges habe
nas attige
re haud de
cet. Persarum
fuga.Persicae mu
lieres mari
tos in bellum
sequuntur

Miserabilis
foeminarū
captiuitas

miserationem cōmouisset. quæ enī prius ob multitudinem carpentis ornatissimis uix cōmode uehebant: & corporis sui nihil non tectum habebā t: tunc simplicē indutæ tunicā: eā manibus lacerabāt: cūq; eiulatu magno e tabernaculis se proripiētes Deos inclamabāt: & ad uictorū genua sese prouoluebāt. aliæ manu uestem subleuantes: capillis passis in loca quædā inuia discurrebāt: obuiāq; simul factæ alteræ ab alteris opē implorabāt. Erāt quæ miseræ ab hoste capillis traherent: quibusue discepto uestitu in nuda corpora uiolentæ manus iniicerent: & nōnunq; ima hastilium parte uerberabant: omneq; genus contumeliarum honoratissimā illā & celeberrimā Persarum fortunā effundebat. Sed Macedones: qui benignioris ingenii erāt: multū ad tātā uarietatis fortunæ conspectum: moti infeliciū foeminarū calamitatē miserabant: quæ cō-

Miserimus
status fami
liæ Darei

modis & maximis suis rebus priuatæ: in aliena hostiliaq; oīa: in probrosam deniq; captiuitatem deuenissent. Maxime uero adstātibus lachrymas & tristem animi affectum excitauit Darei mater: uxor: filia duæ nobiles: & filius teneræ adhuc ætatis. Immutatæ enim fortunæ & extremæ calamitatum illud manifestum spectaculum merito inspicienti cuius sensum contristabat. Ignorabant illæ quomodo cū Dareo actū eēt. num adhuc uiueret: an cū aliis ī prælio occubuisset. Videbāt armatos hostes ad tabernaculum diripiendum irrupisse: qui foeminarum conditionem ignorātes inde cora multa palā cōmittere non uerebant: simulq; Asiæ imperium iuxta ac ipsas ī alienā concedere ditionem. Ducū Persarum uxoribus suppliciter ab eis opem petētib; nihil adiumenti ferre poterāt: sed uicissim ab illis implorabāt: uti subsidio aliquo calamitatem suam subleuarent. Alexandri autē regis ministri: occupato Darei tabernaculo: lauacra & epulas: quibus ille uti solitus erat: parauerunt: lampadesq; multas accenderunt: & ita Alexandrum a Darei persequutione redeuntem susceperūt: ut Regis illius apparatu apprehenso: in Imperii Asiæ possessionem uenisse uideret. Cæsa sunt in hoc prælio ad centum uiginti millia peditum barbarorum: equitum haud minus decē millibus. Macedones uero pedites circiter trecenti: Equites centū quinquaginta desiderati sunt. Huiusmodi fuit exitus prælii ad lssum Ciliciæ commissi: ī quo uictus Darius: equis identidem mutatis: ut in cursu sufficerent: fugam arripuit: Alexandri insequentis manus euitare: & ad superiores præfecturas puenire maxime cōtendens. Eum rursus Alexander cum meliorum: & quos præcipue amicitia iunctos habebat: equitatu acriter insequabatur: summo potiendi eius studio ardens: cūq; stadia ducenta progressus esset: ad suos nocte fere media est reuersus: ubi cum balneo se multo confectum labore recreasset: quieti: & deinceps cœnæ indulxit. Interea ad Darei uxorem & matrem accedens quispiam: Alexandrum a Dareo persequendo: quem cepisset: redisse nuntiauit: indeq; ploratus: & clamores magna mulieribus excitati sunt: reliquæ uero omnis captiuorum multitudo ad tam tristem in nuntium in luctuosas prorupit lamentationes: quod cum Alexander intellexisset: Leonatū unū e familiaribus suis ad eas misit: qui tumultum sedaret: ac Sisylgambrim & alias: quæ cum ea erant: de uita Darei certiores eas faciens: quodq; Alexander earū dignitatis rationem habiturus: & prima luce eas salutaturus: atq; re ipsa humanitatem suā ostēsurus esset: significans consolaret. Eo peracto cum præter opinionem: & prorsus in sperata melior fortuna captiuis mulieribus accidisset: omisso luctu Alexandrum numinis instar uenerari cœperunt: qui diluculo primo secum assumpsit Hephestio.

Cæsarum
numerus

Alexandri
humanitas

na ex amicorum numero honoratum ualde hominem: & ad illas intrauit: cumq; eorum uterq;

rum uterq; cōfisi
staret: Sisylgam
natu & digito
re affecta mulier
inquit o mater
tione matris er
uis foeminis ex
dicebatre statim
pristinam digni
bat: totū ei cōcess
berenti haud mi
sibi esset: educatu
imperterritum el
hic inquit puer se
melior. Recepit e
teret: multaq; alia
ob in sperata læti
firmanda uero o
tate nō tantum b
ma cum est pro
rimas gessit Alex
gniozem iudico
runt: fortunæ po
potentia miserie
Pletiq; omnes: s
scunt: ac per sup
pauci conspiciu
mode sustinere
iustissimam & u
sequatur. Dareo
suerant: cellogi
sit: uti fortuna p
rer: magnam ab
partem Asiæ: p
tiāq; secū haber
suū: & quem ad
dit: atq; ita legat
litteras obtinend
lio arma reliquer
descripsit. copia
ficiscendi ocyus
eam incubuit: ut
genta enim pedi
carrus complure

rum uterq; cōsimilē uestitum haberet: magnitudineq; & specie Regi Hephestio p̄starer: Sisyngambri eū Regē esse rata: supplex adorauit. His uero qui adstabant: nutu & digito: qui nam Alexander esset: indicantibus: ob errorem cōmissum pudore affecta mulier Alexandrū repetita salutatiōe uenerata ē. Ibi Alexander. Nihil est inquit o mater: quod sollicita sis. hic enim etiā est Alexāder. qua humanissima appellatione matris erga mulierē grandem natu: manifestum clemētiæ suæ specimen captiuis fœminis exhibuit: confirmansq; eam sibi deinceps secundam matrem fore: quod dicebat: re statim certum fecit. Ornamenta enim: quibus Regina uti solent: omneq; pristinam dignitatē ei decenter honorate restituit. Famulatum: quē sub Dareo habebat: rotū ei cōcessit: aliumq; insuper non minorem adiunxit. Virginū duarum: uti nuberent: haud minorem curā Dareo patre se initurum: puerumq; nō secus: ac si filius sibi esset: educaturum sponndit. quem accitū ad se exosculatus: cū aspectu firmo: & imperterritum esse eum cōspexisset: conuersus ad Hephestionē aliosq; q; cū eo erāt hic inquit puer sex natus annos uirtutē supra ætatem præsefert: longe q; patre suo est melior. Recepit etiā sibi curæ fore uxorem Darei: nequid idignū fortuna priore pateret: multaq; alia misericordiæ & benignitatis plenissima loquutus: fecit: ut mulieres ob insperatæ lætitiæ magnitudinē: in effusissimas lachrimas profunderentur. Ad cōfirmanda uero omnia: quæ dixerat: dexteram suā eis porrexit: atq; ex tanta humanitate nō tantum beneficio eius affectæ mulieres: sed totus exercitus laudatione maxima eum est prosequutus: Ego quidem ex omnibus rebus: quas maximas & pulcherrimas gessit Alexander: nullam hac magis æstimandam & historiæ monumentis digniorem iudico. Expugnata enim urbes: conflictus: & alia: quæ ei prospera euenerunt: fortunæ potius: q̄ uirtuti eius imputanda uidentur. Quod autem in licenti adeo potentia misericordiā clamitosis impertitus sit: solius prudentiæ eius id munus fuit. Pletiq; omnes: fortuna aspirante felicem regē suarum exitum naeti: instantur: insoleunt: ac per superbiam humanos & cōmunes casus parū consyderant. indeq; non pauci conspiciunt secundam fortunam non secus: ac grauissimum onus: minus comode sustinere. Alexander igit: qui ante hanc nostram ætatem seculis multis uixit: iustissimam & maxime meritā in hac sua historia cōmendationem a posteritate consequatur. Dareus cum Babylona peruenisset: eos: qui cladi ad Issum acceptæ super fuerant: cellogit: neq; animo in tāta calamitate fractus ē: sed literas ad Alexandrū misit: uti fortuna prospera humane frueretur: & captiuorum redemptionem non negaret: magnam ab se pecuniarum uim propter id accepturus: addidit etiam: se omnē eā partem Asiæ: quæ est intra Halym: urbesq; ibi positas ei concessurū: si fœdus amicitiaq; secū habere uellet. Alexander epistolā hāc Darei suppressit: aliāq; in propositū suū: & quemadmodū expedire sibi uisum est: cōfixit: quā habito amicorū cōcilio ostēdit: atq; ita legatire infecta discedere coacti sunt. Iunc Dareus: omni spe pacis per literas obtinendæ abiecta: apparatus belli maximum iniuit: eos: qui fugientes ex p̄lio arma reliquerant: armauit: delectum nouorum militum habuit: quos in ordines descripsit. copias ex præfecturis superioribus: quas in priori pugna: ob studium proficiscendi ocyus in expeditionem: ommiserat: accersuit. tantaq; cura in apparatus eum incubuit: ut hominum numerum: quos ad Issum habuerat: duplicauerit. Octingenta enim peditum: equitum ducenta millia coegisse dicitur: præter hæc falcatos currus complures. Hæc autem omnia præsentī anno gesta sunt. SVC Cedit an-

Hic etiā est
Alexāder.

Egregia
Alexā. lau-
datio.

Secunda
fortuna ut
grauē on⁹.

Stratega-
ma.

Copiarū ma-
gnæ Darei

Annus. 1111

DIODORI

Magna
Tyri oppu-
gnatio.

Tyrosue-
tus.

Offentum.

nus quo Athēis Niceratus princeps: Romae M. Attili⁹ & M. Valeri⁹ cōsules fuerūt:
& Olympias duodecima supra cētesimā acta est. qua uictor ī stadio fuit Grylus Chal-
cidenfis. Eo tempore Alexander Macedonas: qui in praelio occubuerāt: & ex hosti-
bus: quos strenue pugnantes cecidisse intellexit: sepeliri curauit: Deosq; magnificen-
tissimo honorauit sacrificio. Illos: qui egregiam operam in certamine nauauerant:
magnis muneribus est prosequutus. Aliquot uero diebus exercitui ad quietē conces-
sit: deinde in Ægyptum contendens ad Phoeniciā peruenit: ubi urbes omnes facile
recepit: locorum cultoribus ultro se ei deditibus. SED enim Tyrii: cum Alexāder
ad eos causa faciendi sacri in honorem Herculis Tyrii ire uellet: ut in urbem suam in-
traret: recusarunt: quā rē molestissime ferens Alexander cōminat⁹ est se eos expugna-
turum. Illi nihil territi oppugnationē sustinere: quo Dareo gratificarent: deliberauer-
unt: eo pacto incolumem sese cū eo amicitia seruaturos: atq; insuper ex tanto bene-
ficio amplissima munera cōsequuturos esse arbitrati: cum obsidione diuturna & pe-
riculosa Alexandrū distrahuri essent: ut Dareo spatium ad belli apparatū perficien-
dum daretur. Reponebant etiam plurimum spei in situ insulæ munitissimo: & omni-
um rerum bello utilium copia: quam habebant. A Carthaginensibus quoq; stirpe
nimis sua opis aliquid expectabant. Alexander autem cum mari haud facile in ur-
bem inuadi posset: quod operib⁹ mœnia essent firmissima: & classē Tyrii haberēt
terra quoq; rem ferme impossibilem esse animaduertē: cum insula a continenti
stadiis quatuor seiuncta esset: nihilominus pericula & labores omnes subire decreuit
ne ab una atq; mediocri ciuitate copiae Macedonum contempui habitæ uideren-
tur. Confestim itaq; Tyron ueterem diruit: lapidesq; eius a multis hoīum millibus
comportari fecit: atq; aggerem pedes ducentos latum extruere instituit. Accitis autē
undiq; propinquarū ciuitatū hoībus: nō multo tēporis interiecto per tantam operā
tium multitudinē molem eā absoluit. Tyrii initio ad inchoatum opus nauibus acce-
dentes Regem irridebant: quod Neptuni uires se coercere posse cōsideret. Sed cū
præter opinionem iam illud creuisse cōspicerent: pueros: scēminas & senes Cartha-
ginem trāsportare decreuerūt. Iuniores firmi roboris ad mœnia ppugnāda delege-
runt: & triremes octoginta: ut praelium nauale cōmitterēt: instruxerūt. Tādē cū festi-
nātes pueroꝝ & senum partem Carthaginem deuexisse: laborantium ad opus in-
genti numero: & hostili classe: cum ad resistendum impares essent: præuenti & in ur-
bem cōpuli sunt. atq; ita ex omni parte oppugnari cœperunt. habebant autem pri-
us tormenta machinasq; propugnationi idoneas complures: tuncq; nouas & uarias
moliri nō cessabant: quæ res eis haud erat difficilis: ppter fabroꝝ: qui machinas strue-
rent: aliorūq; omnis generis artificum Tyrii cōmoratē multitudinē: a quibus omni fa-
riā & peregrina instrumēta multa excogitata & cōfecta sunt. Hisce circumcirca totū
urbis murū Tyrii repleuerūt: maximeq; ad eā partē: ubi agger mœnib⁹ erat propin-
quior: quē ubi ad teli iactū iā Macedones pduxerūt: ostentū a Deo quo piam ad im-
minentem cladem denuntiandam immissum est. Fluctus enim e mari ad molem
eam incredibilis magnitudinis. Cetum appulerunt: unde nihil incommodi factum
est. corporis enim parte altera aggeri acclinata diutius ibi constitit: cum maximo in-
spicientium omnium terrore: rursus demū in mare enatauit. hincq; religio maxima
utrosq; occupauit: existimantes illud portendere: Neptunum sibi auxiliarem fore: ani-
mo utiq; in id quod optabant inclinato. Signa etiam alia: quæ merito anceps & tre-
pidum

pidum uulgus redderent: cōtulerunt. Apud Macedonas interpretandum panem mandentium facies cruentatae uisae sunt. In urbe quidam uisum huiusmodi sibi apparuisse narravit: tanquam Apollo dixisset: Tyriā urbem sibi deferendam esse. Id ipsum cum ab eo homine in Alexandri gratiā cōfictū fuisse plebs suspicaretur: iamq; lapidibus eum impetere iuniores quidam uellerent: a magistratibus subtractus ille e medio in Herculis templum confugit: atq; ita Dei præsidio: quem implorauit: ab imminente poena est liberatus. Sed nihilo magis Tyrii eius rei superstitione se exoluerunt: qui catenas aureas Apollinis signo iniecerunt: ita impeditum non amplius e ciuitate posse eū demigrare censentes. Verum enimvero cum aggeris incrementum iam Tyriis formidinem faceret: scaphas complures scorpionibus: catapulis: sagittariis & funditoribus repleuerunt: atque ita ad eos: qui in aggere operabantur: appulsi multos uulnerabant: nec pauciores interficiebant: in densam enim illam & inermem operario tū turbam cū tela multa & omnis generis conicerent: nullus ictus: utpote in expostis & indefensos: frustra erat: ad hoc nō tantū aduersi: sed & a tergo ob aggeris latitudinem angustam feriebant: neq; aliquis ab eo incommodo sibi cauere poterat: cum utrinq; ab hostibus tela immitteretur. Tunc Alexander ad huiusmodi detrimentum ammouendum: naues suas omnes milite instruxit: ipseq; primus eas in Tyriorum portum aggere instituit: quo reditum his: qui suos inuaserant: interciperet. Illi ueriti: ne Alexander portum obtinēs urbem propugnatoribus uacuam occuparet: summa festinatione ad urbem se conferre cœperunt. atq; ita maxima cōtentione utriq; ut praeueniret: remulco cōnitebant. iamq; Macedones portui appropinquabant: & parum absuit: quin phœnices omnes interficerent. nauibus: quæ ultimæ erant: amissis: reliqui in urbem euaserunt. Alexander magna spe deiectus ad aggerem perficiendū se conuertit: nauibusq; multis excubantibus: fecit: ut operarii tuti essent. Iam aggere urbi proximo palam erat de facili eam capi posse: ecce uentus Caurus uehemens obortus operis partem euerit. Tunc Alexander uidens etiā sine hostiū ui per se molem fatiscere: multum animo est cōmotus: ut quid consilii capiundum esset: non satis prospiceret: atq; oppugnationis cœptæ iam eū poeniteret. Tandem laudis cupidine arrectus arbores maximas in montibus concidi: & ad mare cōportari fecit: demersasq; simul cū ramis eas ad uim fluctuū frangendā obiecit. celeriter etiam ea aggeris parte: quæ deciderat: resecta: operatio multitudinem ita opus promouit: ut ex eo in orbē telū adigi posset. Positis aut in extremo machinis saxa in urbis murum coniciebat: & eos: qui in moenium propugnatione erant: grauiter offendeat. adiuuabant sagittarii & funditores per quæ oppidani multi uulnerabant. Contra hæc Tyrii: apud quos cōsueti aquis hoīes: & machinarum artifices erant multi: remedium miri ingenii adhibuerunt: ut enī catapulis obisteret: Orbes quosdā crebris distinctos radiis cōstruxerūt: hosq; machinis subter mare immittentes: tela: quæ emitti deberent: partim cōfringebāt: partim eripiebant: oībusq; aliis: quicquid uirium in ipso ictu habere possent: cōminuebant. Lapidēs autē qui in murum torquerent: emoliente & maceranti quodam medicamine ita putridos reddebant: ut eorum impetus ex tormentis parum obesset. Rex autem dum ita ad aggerem contenditur: cum classe tota moenibus circumuectus curiose ea considerauit: ut pro certo & mari & terra eum oppugnationem initurum esse crederetur. Non ausi sunt Tyrii contra Macedonas in mare progredi: sed in faucibus portus naues treis in certamen adduxerant. in eas Alexander conuersus oēs superatas confregit: dein

Mira artis
machinae

Tyros facta peninsula.

Tridentes.

Inuentum mirum.

Corui.

de in castra milites reduxit. Deliberauerant Tyrii moenia urbis duplicia facere: quod non crederent quinque cubitorum murum sufficere oppugnationi sustinenda. Itaque murum altero tanto latum extruere coeperunt. inter quae & priorem quod erat interualli aggere & lapidibus complebant. Alexander interim coniunctis aliquot triremibus: machinisque omnis generis superimpositis moenia hostium aggressus ad cetum pedum spatium ea diruit: perque apertum locum irrumpere conabatur in urbem: sed Tyrii densissimam telorum vim conicientes coegerunt: uti pedem cum suis referret: atque nocte superueniente nouum murum in deiecti locum excitauit. Iam uero aggere urbi coniuncto cum Tyros peninsula facta esset: pro moenibus maxima & acerrima certamina committi sunt coepit. Oppidani. n. imminet sibi perniciem praeculis habentes: & quodcumque calamitatis genus capiti accidere soleat: secum reputantes eo animo periculis omnibus se offerrebant: ut mortem suam deique facerent. Cumque Macedones altis & moenibus aequas turres propius adduxissent: atque inde potibus muro applicatis multi in moenium pinnas audacter transiret. Tyrii remedia multa contra hostium conatum ex industria: & ingenio fabrorum: qui uaria instrumenta bellica excogitauerunt: suppetebant. Confecerant hi tridentes maximos hamosque instar aduncos: quos in Macedonas de turribus pugnautes iniiciebant: cumque clypeis infixi essent: eos funibus: unde reuincti erant: ad se retrahebant. Erat igitur necesse aut arma abicere: atque ita apertos contra tela: quae innumera mittebant: se exhibere: aut retentis ob pudorem armis tractos e turribus altis cadere: & mori. Alii etiam piscatoriis retibus hostes inuoluentes: cum manus explicare non possent: attrahebant: atque in terram deiiciebant. Sed aliud quoddam acius ad Macedonum uirtutem coercendam excogitauerunt: quo fortissimos uiros multos dura & inexplicabili calamitate affecerunt. Scuta aliquot aenea & ferrea fabricati sunt: hisque arena repletis flammam continuam subiiciebant: donec ignita & candens arena fieret: quam demum per machinam quandam in hostes audacius ceteris pugnautes effundebant: atque supplicio extremo eos afficiebant. Illa enim intra thoraces & tunicas penetrans: cutem grauissime torquebat. neque ita cruciatis militibus subsidium inueniri poterat: quod proximis: a quibus magno clamore opem implorabant: pestis eadem comprehendisset. Destituti igitur auxilio: cum uehementissimus ille dolor in furore eos adigeret: miserabiliter interibant. Eodem tempore ignem iacula: lapides innumeros in hostem Phoenices mittebant: ut magnae telorum multitudini Macedonum fortitudo succumbere cogeretur. Asseribus insuper: quibus falces adnexae erant. Arietum armamenta abscindebant: ne deinceps ualidas in quaerendo uires haberent. In hostium frequentiam de machinis candentes magnas laminas ferreas iaculabant: quae in tanta turba semper aliquos attingebant. Coruis & manibus ferreis ex propugnaculis hostes arripiebant: omnes denique Macedonum machinas inutiles reddiderant: pugnantiumque magnum numerum ceciderant: cum tamen in ea tanta rerum perturbatione & difficultatibus adeo asperis: Macedonum animi minime reprimere: sed super suorum cadauera euntes aliorum calamitatem nequaquam in terrorem suum uerterent. Interea Alexander ad catapultas consistens: saxa in murum torqueret: & ex ligneis turribus per scorpiones ingentem telorum vim in oppidanos: qui moenia summa tuebant: conici faciebat. Tyrii contra orbicularibus machinis (ut diximus) subter aquam immisisse catapultarum tela aut confringebant: aut aliorum auerrebant. confuta etiam coria ad excipiendum missorum lapidum impetum muro praetendebant: & eosdem uel illa molliente dissoluebant: ut nihil ictu suo offenderent.

Omni

Omni igitur m
iam in hostem a
qua Macedone
nus strenuissim
curibus pugna
tem detruncare
corporis robore
caput medium p
bus Tyriis cede
exercitum excita
postmodum lau
quare ignominia
F. id ipsum cop
concione Mace
do: Classemque
ret. Intelligens
remes cum ma
ausus. Et turri
quod sibi fortu
mo in se comor
qui iussis ipse
ficiebat: nonn
cominuit. Inte
rent Macedon
capra est. Opp
rum angustias c
Pueri & foem
spedi iussit. Ca
rorum & foemin
quod prudenter o
calamitate del
der detraxit: at
peregit. Milite
stissime sepeliri
cere: propter ca
Strato: quo ob
miserat: uti hos
quem diuerteba
dignitate magn
beneficium obl
renti indicat que
tis extrema: hon
cum regali amict
cassissimo indu

Omni igitur modo fortissime propugnantes: cum uirosq; dimicantium affatim haberent: iam in hostem aduentiores facti: desertis moenium turriumq; stationibus ad pontes: qua Macedones transibant: se conuerterunt: firmaq; acie contra hostes instructa manus strenuissime: ut patriæ salus exigebat: conseruerunt. Erant nonnulli ex ipsis: qui se curibus pugnantes: ut quemq; hostem obuium habebant: ei expositam corporis partem detruncarent. Ibi admetus unus e Macedonum Ducibus: magnitudine animi & corporis robore præstantissimus: dum Tyriorum conatibus alacriter obsistit: securi caput medium percussus: subito uitam. Herois instar amisit: ac reliqui omnes uictoribus Tyriis cedere coacti sunt: quod cum Alexandro uidisset: nocte inita per tubicines exercitum excitauit: oppugnationeq; ommissa castra in Aegyptum mouere constituit. postmodum laudem: quam de superato hoste expectauerat: Tyriis se coactum relinquere ignominiosum existimans: sententiam mutauit: solusq; Amyntas Andromenis. F. id ipsum cõprobauit. Itaq; rursus ad perficiendum: quod cõeperat: conuersus: habita concione Macedonas est hortatus: ne se ipso deteriores esse uellet in hoste oppugnando: Classemq; instructam urbi circûduxit: quo mari simul & terra Phœnices premeret. Intelligens autem ad eam partem: ubi erat nauales: infirmiora esse moenia: illuc triremes cum machinis inuexit: atq; ibi rem ferme spectantibus incredendam facere est ausus. Et turri enim lignea ponte applicato: urbis murû solus conscendit. nihil ueritus: quod sibi fortuna facinus tam gloriosum inuidere posset: neq; acerbissimo hostiû animo in se cõmotus: Sed rem in Macedonû suorum conspectu geri gaudens: eis subsequebatur: qui iussis ipse ante omnes: hostium resistentium quosdam lanceas: quosdam ense conficiebat: nonnullos clypei impulsu deturbabat: quæ audacia multum animos hostium cõminuit. Interim cû alibi ariete pars muri magna fuisset disiecta: atq; intra urbem irruerent Macedones: iamq; multi per pontem Alexandro se adiunxissent: urbs tandem Tyros capta est. Oppidani nō tūc etiā fortitudinis suæ obliui sunt: sed mutuo se animantes: uia rû angustias cõmunierunt: ibiq; oēs plures septem millibus: præter paucos cæsi sunt. Pueri & foeminae in captiuitate tracti. Iuniores: qui erant ad duo millia: Alexander suispedi iussit. Captiuosq; tredecim millia numerata sunt: cû tamen prius multitudo puerorum & foeminarum ingens Carthaginē fuisset comportata. Tyrii igitur strenue magis: q̃ prudenter oppugnationē subeunt: quā menses septē sustinuerunt: in diram adeo calamitatē delapsi sunt. Apollini catenas aureas: & compedes a Tyriis iniectas Alexander detraxit: atq; Philalexandrum appellari iussit. Herculi magnificētissimum sacrificiū peregit. Milites: qui egregiam operam in bello nauassent: honorauit. Mortuos honestissime sepeliri curauit. Tyri Ballonymum regem fecit: cuius mentionem accurate facere: propter casum admirabilem: haud uidetur indignum. Erat prius in ea urbe Rex Strato: quo ob Darei amicitiam: de principatu eiectus: Alexander Hephæstioni per miserat: uti hospitem suorum quem uellet: Tyri Regē deligeret. Is quo hospiti: apud quem diuertebat: gratias referret: eum principē nominari cõstituerat: qui & opibus & dignitate magna præditus: cum nullo cognationis gradu regium genus cõtingeret: beneficium oblatum recusauit. Tūc Hephæstioni: quis nam stirpis regiae extaret: regenti indicat quendā a Regibus genus ducentē: prudentē: atq; optimū: sed paupertatis extremæ hominem superesse. Ad illum Regni tradēdi causa protinus Hephæstio cum regali amictu contendit: inuenitq; in horto merce de aquam de puteo trahentē: crassissimo indutum pāno. Ei qd molitur Hephæstio exponit. Regia ueste atq; aliis

Admeti
mors.Desperatio
Alexan.Incredibi-
lis Alexan-
dri audaciaTyros ca-
pta.Duo millia
Tyriorum
suspensa.Apollo phi-
lalexanderAdmirabi-
Ballonymi
fortuna.

Amynta
conat⁹ ma
gni & obi
tus.

Amphi-
ctyonū le
gatio.
Gaza.

Annus. V.
Transitus
Alexandri i
Aegyptū.

Profect.
Alexan. ad
Hāmonē.

decentibus ornamentis apparat. productū in forum Tyriis regem esse iubet. populo libeter eiusmodi fortuitae & prorsus mirabili rei assentiente. atq; ita Alexandro amicissimus ille Regnum tenuit. Fortunae supra modū uariantis hoibus imperitis exemplū manifestissimū. Nos uero cū Alexandri res diutius tractauerimus aliorum narrationē nostrā cōuertemus. IN Europa Agis Lacedaemoniorū rex receptis octo millibus aere meretiū militū: q ex plio aduerso ad Issum euaserant: nouis rebus in Darei grām aīum intendit a quo naues & pecuniā magnā cū obtinisset: in Cretam trāsmisit: ubi urbes cōplures captas in Persarum partes traxit. AMyntas autē: qui prius e Macedonia ad Dareum perfugerat: praelioq; ad Issum Ciliciæ factō interfuerat cum Persis: ex acie cū hoīum quatuor millibus: qui stipendia faciebant: incolumis discedens Tripolim: quae est in Phoenicia prius: quā Alexāder eo contenderet: peruenit. Ibi e classe naues: quae militi suo portando sufficerent: accepit: reliquas oēs incendit. traiciensq; in Cyprum: & naues & copias illinc obtinuit: cum quibus Pelusiū nauigauit: eiusq; potitus uulgo iactabat: Ducem se ad eos missum fuisse a Dareo: cū Aegypti praefectus in Ciliciensi pugna occubisset. deinceps Memphim profectus regionis populares: qui in acie ante urbē cōstitierant: superauit. Postq; uictoriā cum milites eius populabundi: praedae cōgerendae solutis ordinibus intēti essent: ecce tibi facta ex urbe eruptione. oppidani & Amyntā: & suos omneis ad interfectionē occiderunt. eoq; modo Amyntas: q res magnas tentauerat: a quibus minime suspicabat: oppressus est. Pariter & alii Duces praefectiq; cum aliqua militū manu de pugna ad Issum euadentes. Persarū res non despoderunt: sed partim ad urbes firmiores & opportunas se cōtulerūt: easq; in Darei fide retinuerunt. partim nationes & populos ad reparādas copias induxerunt: quibus cū tempore maxime necessario. afflictis rebus subueniebant. AMphictyones autē in Graecia legatos quindecim: qui auream coronam. rei bene gestae pramiū. Graeciae nomine afferret: partamq; uictoriam gratularentur: ad Alexandrum mittere decreuerūt: qui ad urbem Gazam Persarum praesidiis bene firmatam castris motis. eam duorum mēsum obsidione per uim occupauit. IAM Athenis principe Aristophane: Romani consules magistratū inierunt Sp. Posthumius: & T. Veturius. Tunc Alexāder peracta Gazae oppugnatione. Amyntam cum nauibus decem in Macedoniā remisit: ut iuuenū: qui militiae idonei ibi essent: delectū haberet. Ipse cum oībus copiis in Aegyptum intrauit: urbesq; omnes citra laborē quēpiā recepit. Aegyptii enim: quod a Persis multa impie in sacra sua commissa fuerāt: crudeleq; illoz erat Imperiū: lato animo Macedones susceperūt. COMpositis Aegypti rebus. alexander ad Hammonis templum proficisci cōstituit. a Deo rescire quādā summo opere cupiens: cūq; iam itineris dimidium progressus esset: Cyrenensium legati ei occurrūt coronā & munera ampla apportātes: in quis erāt equi bellatores trecenti: & firmissimae quadrigae quinā. Exceptis benigne eis Alexāder & societate & amicitia suā dedit. Postea cum iis: quos comites sumplerat: ad templū ocepit pergere. cūq; ad terrā desertā & aqua carentē: ubi arena uis immēsa erat: peruenissent: accepta secū aqua illac iter faciebant. Intra diem quartū aqua omni. quā secum ferebant: absumpta. defectu eius magnopere conficiebant: ingēsq; sollicitudo oēs corripuerat. tunc pluuia magna derepēte facta est: qua prater expectationem cū a siccitate essent recreati: existimauerunt eam Dei prouidentia ad seruandos missam fuisse. Iterum igitur aqua de cōualle quadā hausta: quātū in dies quatuor suppeteret: secū portauerunt: intra quod tempus regionē: quae aquae indigentia laborabat:

laborabat transiens
ret: duces Regem
esset: demonstrare
te aduentum suū
rum nuncupant
accessit illinc die
tis & aquae egentib
tamen in latum & l
bribus aquis irriga
ta est. Aeris clemen
finitima omnia in
mirifice recreat. Te
eram circumhabita
qui Numidae dicun
ca omnia tenent. H
giam principum u
Regis domicilia: lo
cūq; Deo offerēda
cipem ambulare se
munimentis. Hau
arboribus in umb
tar. habet enim a
primum diei ortu
latum frigescit: do
rursus per mōmē
mediā semper m
tum prorsus recu
tatum: editq; ora
ta sacerdotibus:
nouerunt. Subse
nas canentium: d
dotibus ductus c
cedēs ad eum: Sa
Alexander. accipi
dominū conced
uauerant: ad certa
quod petebat: pro
quit o Numen resp
num ue eorum aliq
quaris: non enim e
lippi quidē peremp
e Deo sis genitus: n
fueris superatus: &
xander his oraculis

laborabat: transferunt. Cum uero recti itineris ratio propter arenæ copiam non cōsta-
 ret: duces Regem admonuerunt: crocitanter coruos semitam: qua ad tēplum eundū
 esset: demonstrare. Idipsum Alexander in omen faustū traxit. Interpretatusq; Deū gra-
 te aduentum suū accipere magna alacritate progrediebat. primo ad stagnū: qd' ama-
 rum nuncupant: puenit. deinde stadia cētū cū iuisset: urbes: quæ Hammonis dicunt: Stagnum
 accessit: illinc diei unius itinere facto: delubrum tandē attigit. cuius regio undiq; deser-
 tis & aquæ egentibus: prorsusq; omni humano cultu carentibus locis circumdata: ipsa
 tamen in latum & longum stadia quinquaginta patens multis amœnisq; & potu salu-
 bribus aquis irrigatur: & arborum omnis generis maxime: quæ fructus gignant: refer-
 ta est. Aeris clementiam: qualis propemodum solet esse uerno tempore: habet. cumq;
 finitima omnia in tolerandis æstibus caleāt: locus hic solus temperie sua degentes ibi
 mirifice recreat. Templum ab Aegypto Danao positum fuisse aiunt. Regionem sa-
 cram circumhabitant ad meridiem & occidentem Æthiopes: ad septentrionē Aphri:
 qui Numidæ dicuntur: eisq; uersus mediterranea cōiuncti Nasamones. Interius lo-
 ca omnia tenent Hammonii: in quorū medio est Arx cū munitione triplici. prima Re-
 giam principum ueterū: Altera gynæceum: puerorum: scēminarum propinquorumq;
 Regis domicilia: loci totius propugnaculum: Delubrum Dei: sacrum fontē: in quo: quæ
 cūq; Deo offerēda sunt: prius abluuntur: continet. In tertia spiculatores: qui circa prin-
 cipem ambulare soliti sunt habitāt. Ibidemq; est eorū militum receptus bene firmatus
 munimentis. Haud longe ab ipsa arce alterū extat Hammonis tēplū multis magnisq;
 arboribus inumbratum: prope quod fons est: qui ob id: quod ei accidit: Solis nūcupa-
 tur. habet enim aquam: secundum horarum spatia: mutationes mirabiles facientē. ad
 primum diei ortum tepida exit de fonte. progrediēte die ad horarum additāmētā pau-
 latim frigescit: donec meridie æstuante ipsa ad summam redigatur frigiditatem: quam
 rursus per mōmenta sua remittit sensim: usq; ad solis occasum: nocteq; ineūte usq; ad
 mediā semper magis incalescit. inde calore deficiente fit: ut circa lucem pristinum sta-
 tum prorsus recuperet. Dei ipsius simulachrū ex smaragdis aliisq; gemmis est coagmē-
 tatum: editq; oracula peculiari quodā modo. circumfertur enim aurea nauī ab octogē-
 ta sacerdotibus: qui humeris Deū ultro gestant: quo ei uoluntatem progrediendi esse
 nouerunt. Subsequitur per uias omneis ingens uirginum matronarumq; turba pæa-
 nas canentium: Deumq; cantu patrio laudantium. Alexāder itaq; in templum a sacer-
 dotibus ductus cum diuinum simulacrum contempleret: Vates uir grandis natu ac-
 cedēs ad eum: Salue inquit o fili: & appellationem huiusmodi a Deo habeas. suscepit
 Alexander. accipio eā o pater: deincepsq; tuus dicar: si tamen mihi terrarum omnium
 dominum concesseris. tunc uates in templum se retrahens: cum uiri: qui deum suble-
 uauerant: ad certa quædam uocis indicia moti essent: respondit firmissime Deum ei:
 quod petebat: promittere. Ibi Alexander de cæteris etiam: quæ scire expeto: mihi in-
 quit o Numen respondeas: an scilicet omnes parentis mei interfectores ultus fuerim:
 num ue eorum aliqui pœnam euaserint. Vates tunc exclamauit. Haud perperam lo-
 quaris: non enim est mortalium quispiam: qui genitori tuo insidias possit tēdere. Phi-
 lippi quidē peremptores omnes supplicio sunt affecti. Argumento uero sit tibi: quod
 e Deo sis genitus: magnitudo rerum: quas sceleriter gessisti: quodq; hactenus a nullo
 fueris superatus: & in posterum ubiq; inuictus sis futurus. Delectatus mirifice Ale-
 xander his oraculis: amplissima deo obtulit munera: inq; Aegyptum est reuersus.

Corni iti-
neris ducesStagnum
amarum.
Tēpli Hā
monis de
scriptio.

Danaus.

Fons solis.

Hāmonis
signum.

Salue o fili

DIODORI

Alexandria
urbis situs
& magni-
tudo Ete-
ria.

Darei ap-
paratus.

Currus fal-
cati.

Magna co-
pia.

Arbela:

Legatio
Darei ad
Alexan.

[B] cum urbē ædificare decreuisset: eis: quos negotio præfecerat: iniunxit: inter plau-
dem & mare: quē locum ipse diligēter metatus: & ad regiones urbis ponendas parti-
tus fuerat: eam extruerent. uoluitq; Alexandria de suo noīe appellari. cuius positio cō-
moda ualde electa est ob uiciniam portus Phari. recteq; i uicis disponēdis illud fue-
rat cōsideratū: ut oēs flatu uētorū: qui anniuersarii dicunt: inspirarent. ii per latissimū
pelagi æquor effusi urbis aerem refrigerāt: unde saluberrima tēperies reddit habitan-
tibus. Circuitum ipsum mœniū & magnitudine & munitionibus admirabilē prorsus
effecit. cum enim inter magnam paludem & mare posita sint: duos tantū terra aditus
habent: qui bene firmati sunt: ut facile defendi possint. Oppidi forma prope Chlamy-
di cōsimilis. habet plateam: a qua ciuitas quasi media diuidit: magnitudinis & elegan-
tiæ incredibilis. a porta enim ad portam pertinēs in longitudinē stadia quadraginta:
in latum pedes centū perficit. domibusq; & templis magnificētissimis undiq; est exor-
nata. Iusserat Alexander ut ipsa Regia & ampla & operibus præclaris admirabilis ma-
xime fieret. neq; hic tantū: sed & succedētes ferme omnes ægypti Reges usq; ad mea
tēpora impendiis magnis eā auxerunt. Accepit uero ea urbs ceterioribus annis tātum
rerum oīum incrementū: ut a multis prima omnium in toto terrarū orbe numeret. ma-
gnitudine enim: specie: redditibus amplis: copiaq; omnium humano uictui necessario-
rum longe aliis oībus præstat. Habitantium in ea multitudo ualde superat degētium
in urbibus aliis numerū. quo nāq; tempore in ægyptum transmisiimus: nobis dictū est
ab eis: qui descriptionē habitatorū faciunt: esse alexandriæ capitum liberorū plus trecē-
tis millibus: Regemq; ex uectigalibus ægypti capere ultra sex millia talentorū. alexan-
der itaq; cum amicos suos quosdā cœptæ urbis edificationi præesse iussisset: omnesq;
Ægypti res ordinasset: cum omnibus copiis in Syriam rediit. DE cuius aduentu ut
primum Dareus certior factus est: undiq; copias suas euocauit: omniaq; quæ ad acie
instruēdam opportuna esse uidebant: prouidit. tela gladiosq; maiores: q̄ prius habuif-
sent: in exercitu fieri curauit: quod ea res Alexandro in ciliciensi pugna ualde profuisset.
Currus falcatos ducētos: per terrendis hostibus multum idoneos: ita construxit. Cir-
ca equū utrūq; qui loris reuincti currum trahebant: exterius in iugo infixa spicula triū
palmorum lōgitudinis: cuspide in hostium faciem cōuersa: cōstituebantur: ad axes ro-
tatum demissos altera duo itidem hostibus occurrentia extrabant. hæc & lōgiora & la-
tiora erant prioribus: habebantq; in summo adnexas falces. Omnino cum exercitum
armis insignibus: & Ducibus strenuis bene firmasset: Babylone mouit cum peditatu
millium octingentorum: equitibus haud minus ducentis millibus: iterq; Tigri ad dex-
teram: ad sinistrā Euphrate fluminibus decurrentibus: habebat per opulentissimam
regionem: quæ equis iumentisq; pabulum: hominibus alimentorum omne genus cō-
modissime posset suppeditare. contendebat autem studio summo ut Ninum perueni-
ret: ibiq; confligeretur: quod prope urbem eam planities erat: quæ latissima ingēti mi-
litum multitudini explicandæ locum maxime idoneum dare posset. Cum uero ad ui-
cum: qui Arbela nominabatur: castrametatus esset: ibi quotidie acies disponebat: me-
ditationeq; & exercitationibus continuis milites: ut imperatoris iussa audirēt: assuefa-
ciebat. plurimum enim uerebatur: ne aliquo modo in tanta gentium & linguarum ua-
rietate: cum ad prælium ueniendum esset: seditio & motus quispiam in exercitu orire-
tur. PRO componendo bello cum prius missis legatis: qui Alexandro terras omnes
intra Halym: in superq; talentorum duo millia offerrent: nihil efficere potuisset: iterū
& alios

& alios ad eum lega-
tice tractassent: ora-
lentq; tria millia &
ut ut generū cum h
modo eum in toti
corū consilium hab
gendum uideret. t
alii oēs ob rei quæ
primus. Ego inquit
huic Alexander ita
huiusmodi uerbis
nis sui gloriā: q̄ pro
ad modū mundus
dē & terrarū orbis
tumultus expers
uti ad certamē pro
utilitatē & quietis
in alios potestaten
filio: uersus castra
obiisset: decentissi
accepisset: desper
ut in prælio cōmit
zeum unum ex an
dū: ut posito præli
faciendū esset: inc
uice uti contra ho
siri posset: ratus: no
ribus aliis longe &
riarū regū angustis
Alexander cum ad
nis: copias omneis
te summa pectoris
multi abriperent: in
undarum decursus
Tunc Alexander: q
manibus cōprehēde
constringerent: itaq;
Macedonū salus fue
stridie acie instructa
posuit. IBI cū animo
quæ maxima ex futur
uiribus decernenda e
ca excubias matutina
expigisci nequiteriq;

& alios ad eum legauit: gratias agens: quod matrem eius captiuosq; alios tam hono-
 rifice tractasset: oransq; ut inita secum amicitia: quicquid citra Euphratem esset: ta-
 lentaq; tria millia & filiarum suarum alteram uxorem accipere ueller: quod si obtinue-
 rit ut generum eum habeat: tunc filii sui gubernatione cōcessa: se admissurum quodā-
 modo eum in totius etiā Imperii societate: pollicebat. Alexāder auditis legatis ami-
 corū consilium habuit: rettulitq; ad eos de his: quæ offerent: ut censerent quidnam eli-
 gendum uideret. rogabat: ut fidenter unusquisq; suam suā in mediū pferret. Ibi cū
 alii oēs ob rei quæsitæ magnitudinē haud satis Regi consulere auderēt. Parmenio
 primus. Ego inquit si essem Alexander susciperem quæ cōcedunt: fœdusq; firmarem
 huic Alexander ita respondit: & ego id facerem quod dicis: si essem Parmenio: aliisq;
 huiusmodi uerbis magnificis usus. Persarū orationē parum æstimauit: pluris nomi-
 nis sui gloriā: q̄ promissorū munerū utilitatē: faciēs. Itaq; legatis hoc respondit. Quē
 admodū mundus: si duo essent Soles: nec ornatum nec ordinem suum haberet: itē
 dē & terrarū orbis: duobus Regibus principatū tenentib; non facile seditionum &
 tumultus expers erit. Idcirco iussit Dareo renuntiarent: Si primas tueri esset ei in aīo
 uti ad certamē pro unico rex oīum Imperio cōtra se ueniret: Sin gloriæ parū appetēs
 utilitatē & quietis oblectamentum magis diligeret: Alexandro iubenti obsequeret
 in alios potestatem regiā: quā ei amplam ipse esset concessurus: excerceret. Misso cō-
 silio: uersus castra hostium cū exercitu est progressus. Interim cū Darei uxor mortē
 obiisset: decentissimo apparatu eā sepeliri curauit. Dareus autē cū Alexādrī respōsū
 accepisset: desperans uerbis rem cōponi posse: copias suas in dies magis exercebat:
 ut in prælio cōmittēdo ad omnia: quæ imperarentur: facienda prōptæ essent: & Ma-
 zeum unum ex amicis cū electa militum manu misit ad transitum fluminis occupā-
 dū: ut posito præsidio eum defenderet. Aliis iniunxit ut loca omnia: qua hostib; iter
 faciendū esset: incendiis uastarent. constituerant enim fluminis pcursum munimentū
 uice uti contra hostes. Sed Mazeus altissimū & rapidissimū flumē nullo pacto tran-
 siri posse ratus: non multū diligentia ei custodiendo adhibuit: adiunctusq; populo
 ribus aliis longe & late regiones quamplurimas diripuit: omniaq; corripuit: necessa-
 riarū rex angustis ita pressos hostes propius accedere haud posse existimans. Verū
 Alexander cum ad Tigrim peruenisset: cognito per incolarū loci indicia uado flumi-
 nis: copias omneis summo cum labore & periculo transduxit. Aqua enim alta: ut po-
 te summa pectoris attingens: impetusq; uehemens fluminis faciebat: ut transeuntes
 multi abriperent: neq; uestigia in imo alueo firmari possent. ad hoc clypeis impact;
 undarum decursus eos euertebat: uicq; ablatis ad extremum periculum deducebat.
 Tunc Alexander: quo fluminis uolentia obfisteretur: monuit omnes: ut se mutuo
 manibus cōprehēderent: corporumq; ueluti molem quandā confertissimam in unū
 constringerent: itaq; trāsierunt nō sine magnis difficultatib;: ut i discrimine summo
 Macedonū salus fuerit. quamobrem diem unū militi ad se recreandum concessit: po-
 stridie acie instructa cōtra hostes progressus est: quibus cū appropinquasset castra
 posuit. Ibi cū animo secū reputaret ingentem Persici exercitus multitudinem: cladē
 quæ maxima ex futura pugna imminebat: quodq; omnium cōtentionū summa tunc
 uiribus decernenda esset: anxius mirifice de rex exitu noctem insomnem duxit. Cir-
 ca excubias matutinas somno tādē est correptus profundo: adeo: ut iam die clara
 expgisci nequiuert: quæ res initio ualde eius amicis placebat: existimantib; Regē

Scomma.

Ingentis
animi re-
sponsum.

Mazeus.

Traiiciendi
fluminis
modus.

ita in praelio facilius labores omnes subiturum. Sed cum iam multum temporis somnus ille continuaret: Parmenio grandior natu cæteris amicis regiis Persarum exercitui: ut ad certamen se expediret: imperauit: cuius edicto cū nulli parerent: ingressi ad Alexandrū amici difficulter eū excitauit: admirantibusq; cunctis eam Regis securitatem: causamq; rescire cupientibus: Magna inquit Alexander animi molestia Dareum me liberauit: cū uires omnes suas in locū unum conduxerit: quandoquidem die unica semel de rebus oībus decerneretur: ut deinceps laborum & discriminū: quæ alioquin diuturna erāt futura: finē habituri simus. Oratione autē accommodata cū Duces omnes suos adortatus esset: ut animo firmissimo aduersus imminenti pericula esse uellent: instructis copiis contra Barbaros est profectus. Ante peditum phalangem ordines equitū posuerat. in dextro cornu erat ala: quā Clitus niger cognomēto ducebat. sequebatur altera amicorum: cui Philotas Parmenionis. F. præerat: post hāc & septē alia sub eodē Duce. deinceps erat peditum: quos Argyraspidas uocant: agmen: atq; mox elegantia & uirtute hoīum præstantissimū: hisq; imperabat Nicanor filius Parmenionis. Pone statim Cœnus Elimiotas: ab eoq; Perdicas Orestas ducebat. Deinde Meleager cū suis sequebat: & Polyperchō. cui parebāt qui nūcupant Stymphazi. Erat Philippo Balacri. F. suisq; ordinibus locus post hos oēs: & secundū eū Cratero. Equitatu autē: quē descripsimus: continenter adiuncti erant auxiliares equites peloponnesiaci: achæi: phthiotæ: malienenses: locreses & phoces: quorū oīum præfectus erat mytilenæus Erigyus. Hi contiguos habebant Thessalos Philippo Duce. quorū uirtus & equitandi peritia reliquis oībus longe præpollebat. Additi erāt cretenses sagittarii: & qui ex Achaia stipendio merebāt. In utroq; autē cornu acies repāda: ut retro & in latera respiceret: ordinata ē: ne hostes sua multitudine exiguas Macedonū copias possent circūuenire. Contra falcatos currus remediū tale ab Alexandro excogitātū est. pedites oēs phalangis cōmonuit: quādo ppius impulsī fuissent currus: ut clypeos cōiungerēt: sarissiq; eos uehemēter pulsaret: eo strepitu cōsternatos equos quadrigas retrorsum rapturos: qd si quæ nihilominus icitato cursu impetū fecerint: tunc uti acie aperirēt: locūq; excurrēdi illis ita nihil detrimēti illaturis darent. Ipse autē dexterā agminis partē regendā suscepit: eaq; in obliquū uersa: ut totus pugnae successus opa sua partus eē cognoscere: deliberauerat. Dareus suos ordines scdm gentiū nationes distinxit: quēadmodūq; Alexander fecerat: ipse etiā i primo agmine hostibus se opposuit. CVM igit copiarū alteræ alteris appropinquassēt. utriq; classicū tubicines psonarunt: & clamore emissio oēs in cōflictu pruperunt. statimq; falcati currus magna ui impulsī nō mediocri metu & perturbatione Macedonas iplicarūt. Mazeus enī equitū præfectus cū uirgis plerisq; immisos eos currus sequutus: ut terribiliores uiderentur: effecerat. Sed phalange: ut ab Alexandro præceptum fuerat: subito iunctos clypeos sarissis acriter feriēte. tātus inde editus ē sonus: ut nō pauci currus equis perterritis: auersi fuerint: neq; ulla ui inhiberi potuerit: quin cōcitati retro in suos cursum caperent: aliq cū recta in phalangē cōtenderent: hostibus aditū iter ordines datib; ruētes aut multis telis obruti: aut euersi sunt. a nonnullis ipetu adiuuante ulterius inuectis cū eorū ferramēta acutissima: quicquid obuium esset: cōciderēt: multæ & uariæ mortis facies patratæ sunt. Violentia enim & acies telorū: quæ currib; erāt inserta: tanta fuit: ut multis brachia simul cū clypeis abscinderent: aliis præcisa ceruice capita in terrā qprimū deiicerent: oculos & uultus habitu: qui uiuentib; erat: etiamnum durante latera

Generosus dictum.

Ordinatio copiarum Alexan. Argyraspidæ.

Remediū cōtra falcatos currus.

Maximus Darei & Alexandri cōflictus

Clades illa ræper cur. falcatos.

relatera nonnulla
quanta est. lam uer
ncepisset: primi
rabant. Dareusq;
tes cō sanguine
bat: qui strenuit
fuerat missum: a
& multi numero
rabiles tenebat
q; qui uirtute eg
runt: ferocissime
us autē: qui erat
mo non paruū
nuos equites mi
derentur: & imp
q; in castra irrup
equitatu Persice
ter omniū opini
minæ ad barbar
as admonita: ut
qui incredibiles
neficia paragr
zeum reuenter
parte: ubi Dareu
Macedonū opp
erat status pug
tem Macedonū
tibusq; aliis meli
cepit: deq; curru
bellatorū magnus
in alterum omni
rire oberrauit: pro
reum pugnant
Regem confest
& sensim usq; ad fr
trahebant: donec
rum picipitato curs
dentes insequeret
haud potuerit pro
tiam uoces: excurr
citati undiq; audieb
& fortissimo equita
donas fecerat: & Pa
bus hostes strenue

re latera nonnullos: ubi letalis maxime est ictus: uulnerata: indeq; subita mors eos se-
 quuta est. Iam uero sagittis: fundar; gladiis: iaculisq; effusis: cū pugna cōminus ge-
 ri ccepisset: primi equites congressi sunt. acriterq; in cornu dextro Macedones decer-
 rabant. Dareus: qui læuū sui exercitu cornu regēdum acceperat: milles electos equi-
 tes cōsanguineos: uirtutis & beniuolentiæ erga se explorata: in ala una prope habe-
 bat: qui strenuitatis suæ arbitrum Regem nacti: quicquid telorum ab hoste in eum
 fuerat missum: audacissime exceperant. His adiuncti erant Melephori: fortes uiri
 & multi numero: Mardi etiam Cissariq; corporū pceritate & magnitudine ai admi-
 rabiles tenebāt & locū suū iuxta Regem milites circa aulam excubare cōsueti. Indi-
 q; qui uirtute egregia censebant. Hi omnes cū ingēti clamore in hostes impetū fece-
 runt: ferocissimeq; pugnantes sua multitudine Macedonas multū premebāt. Mazæ
 us autē: qui erat ad cornu dextrum: secūq; optimos equites habebat: in cōgressu pri-
 mo non paruū hostiū numerū oppressit. Cadusios ad duo millia: Scytas mille stre-
 nuos equites misit ad Hostium cornu circueūdū: iniunxitq; ut uallum castror; aggre-
 derentur: & impedimenta ipsa diriperent: quod non segniter ab illis est factū. Cum-
 q; in castra irrupissent: captiui: qui seruabant ibi: armis sumptis ad prædam faciendā
 equitatu Persico se adiunxerūt. Inde clamore & tumultu ingēti: utpote in re: quæ p-
 ter omniū opinionē acciderat: per omnē partē castror; exorto: captiua alia oēs scæ-
 minæ ad barbaros concurrerunt. Syngambris Darei mater sola etiam multū pali-
 as admonita: ut ad eam nouitatem assurgeret: haud se uoluit cōmouere: rumoribus:
 qui incredibiles uidebant: non satis fidei præstans: ad hoc magna in se Alexātri be-
 neficia par; grate prosequi nolebat. Scythæ tandem spoliis multis congestis ad Ma-
 zeum reuerterunt: quanq; sibi oīa prospere cessissent renuntiārūt. eodē tēpore & in
 parte: ubi Dareus curabat: equites quidā grauiter instantes sua multitudine turmas
 Macedonū oppositas in fugam coniecerunt. atq; ita iam duobus in locis Persarum
 erat status pugnae superior: cū Alexāder: cuius illud summū studiū fuit: ut succumbē-
 tem Macedonum aciem per eum reparatam esse constaret: adsumpta regia ala equi-
 tibusq; aliis melioribus: in ipsum Dareum contendit: qui fortiter hostilē impetum ex-
 cepit: deq; curru pugnans multos: qui in eum inuecti fuerant: confecit. Erat & cū eo
 bellator; magnus numerus: qui non segniter manus conserebant. Regesq; ipsi alter
 in alterum omni conatu irruiebant. Tunc Alexander coniecto telo Dareum nisus fe-
 rire oberrauit: proq; eo aurigam: qui erat ante Regem: interemit. Ibi: qui propius Da-
 reum pugnabāt: cū clamorē ingentē extulisset: creditū est a remotis ordinib; ipsum
 Regem confessum fuisse: primiq; illi se in fugam dederunt. eos proximi sunt sequuti
 & sensim usq; ad frontem agminis: ubi erat Dareus: cōtinenter se milites a prælio sub-
 trahebant: donec latere altero apertus: iamq; sibi timēs & ipse fugam arripuit. Ex eo
 rum p̄cipitato cursu cū magna uis pulueris altius eēt excitata. statimq; Alexander ce-
 dentes insequeretur: factū est ut: propter densissimam & late fusam pulueris nubem
 haud potuerit prospici quorsum Dareus contenderet: ad hoc lamentabiles morien-
 tium uoces: excurrentium equitum strepens tumultuatio: & crepitus per flagella ex-
 citati undiq; audiebantur. Intere a Mazeus in dextro cornu Persarum cum magno
 & fortissimo equitatu: quem ducebat: grauissimam impressionem in aduersos Mace-
 donas fecerat: & Parmenio cū Thessalis equitibus aliisq; in eodem cornu pugnanti-
 bus hostes strenue exceperat: acriterq; dimicans Thessalorum uirtute hostem supe-

Melepho-
ni.Castra Ale-
xan. occu-
pata.Quā lenis
Causa Per-
sas in fugā
cōiecit.

rare uidebat. Tunc Mazæi agmine acius & totis uiribus incumbente Macedones grauer urgeri coeperunt: multaq; cædes cõmittebat: neq; barbaror; ipet⁹ amplius bene sustineri poterat. Parmenio hoc uidens aliquot suor; equitum ad Alexadrũ mi sit: qui dicerent: ocyus laborãti sibi eẽ ab eo succurrendum. Illi festinanter profecti: cum audiuisent Alexandrum cũ magna copiar; parte ad hostẽ insequendũ esse pro gressum ulterius: re infecta ad Parmenionẽ redierũt: qui fortissima & diligenti Thes salor; opera adiutus multis cæsis barbaros iam de abscessu Darei certiores factos tã dem in fugam compulit. Darius autem: qui rei militaris scientia multũ præstabat: ob securitatẽ de puluere inductam sibi cõmodã nactus: non cursum recta: ut Barbari alii tenuit: sed in contrariam partem est profectus: regenteq; eum aere offuscato facile euasit. omnes etiam: qui eum sunt sequuti: cũ in pagos: qui erant a tergo Macedonũ se contulissent: incolumes ab omni seruauit periculo. Nouissime Barbaris oib; fuis & fugatis: cũ Macedones semp instando ultims interficerent: breui planities tota cadaueribus est repleta: credũturq; in ea pugna barbaror; peditum & equitũ plures nonaginta millibus. Macedões ad quingetos cecidisse: uulnerati fuisse quã plurimi. In iis unus e primis Ducibus Hephæstio: qui regii corporis defensorib; præerat: bra chium alterum iaculo est confixus: & Perdicas: Cœnus: Menidas aliq; nonnulli insignes Duces fauciati sunt. Huiusmodi exitum habuit cõmissum prælium Arbela: Cuius fama iam Athenis imperante Aristophonte: Romæ cõsulibus. C. Domitio: & Aulo Cornelio: cum in Græciam peruenisset: ciuitates multæ auctam Macedonũ fortunam formidare coeperunt: dumq; Persis uires aliquæ superessent: libertatis suæ curam haud negligere decreuerunt. Dareo facile & auxilia & pecuniam: unde ma gnas copias possent cõducere: eis sumministraturo: & Alexadro nunquam ad hoc uenturo: ut militum suorum partem contra Græciam mitteret: qd si ociosi extremam Persar; calamitatẽ spectare uelint: frustra deinceps solos relictos se aliquid pro obti nenda libertate molituros esse. Inuitabat eos Thracum exemplum: qui per id tẽpo ris ad res nouas consurrexerant. Memnon enim Thraciæ cum exercitu præfectus: uir audax: concitatis barbaris: ab Alexandro defecit: magnasq; copias ad bellum ma nifestum coegit: ad quẽ motũ oprimendum Antipater per Mace doniam cũ omni bus uiribus in Thracas contendit: ipsumq; Memnonem bello urgere cepit. Is igit cum in huiusmodi expeditiõe distineret: Lacedæmonii: idoneum illud tempus bel lo parando esse arbitrati: Græciæ populos ad coniurationem pro libertate ineundã adhortabant. Athenienses: qui præ cæteris Græcis oibus ab Alexandro honoribus maximis affecti fuerant: in quiete se continuerunt. Sed ex Peloponneso complures: & alii nonnulli conspiratione facta delectus habuerunt: proq; ciuitatũ uiribus iunio res bello idoneos scripserunt: ut peditũ millia uiginti: equites ad duo millia coacti fue rint. Eorum omniũ administratio Lacedæmonii concessa est: qui sub Agide Rege decreuerunt semel totius rei fortunã bello experiri. Antipater interea Græcorum ap paratum persentens res Thraciæ: ut datum est: composuit: omnesq; copias in Pelo ponnese duxit: & a sociis ciuitatibus Græciæ auxilia impetrauit: ut exercitum non minore millib; q̃ dragita hominũ haberet. Cõmissio itaq; magno plio Agis rex forti ter pugnans occubuit. Lacedæmonii ad multum temporis cũ difficultates omnes cer taminis sustinuissent: sociis superatis & ipsi tandem pugna cesserũt. Spartamq; sunt reuersi. Ceciderunt Lacedæmoniorum sociorumq; in eo prælio plures quinq; mil libus &

Stratage
ma.

Cætorum
magnus nu
merus

Annus. VI

Thracum.
defectio.

Motus græ
ciæ contra
Alexan.

Prælium
Antipatri
cuz Agide

lib⁹ & trecentis
dicin ipsa Agidis
ctus fuisse: per
hostibus: cum ia
abirent: sequen
sus hostib; se ob
no nono. Nos u
ad asia: res expli
cturas superiore
uires posse repa
saria essent. prin
euaserat: e mani
num euocantia
admonitum: ne
defunctorum co
gentẽ opum pr
ta. Coniiciens a
uit cũ oib; copi
lauta hospitia id
rant. Cõmoratu
& benignitate
thonem pydna
polita & Meni
concessit. datise
thrinne: qui Sa
cens acceperat
phalangis bina
cum castra Baby
patro missum. M
lexcenti. Trallien
quatuor millium
nes: filii omnes in
dines regii corpor
stituto itinere pere
ea cum oium nec
traxit: quo miles a
tẽ iniret: administ
militũ multitudinẽ
deliberauerat: facie
e præfectis summa
noris gradum: & a
gregariorum milit
tũ omnia reduxit. p
patoris iussa obseq

lib⁹ & trecētis: alterius partis millia tria & quingēti. Singularis & notatu digna res acci-
dit in ipsa Agidis morte. cum enim egregie dimicans multis aduersis uulnerib⁹ affe-
ctus fuisset: per milites ablatus est: & in patriam referebat^r. in itinere circumuētus ab
hostibus: cum iam salutem despondisset: ciuib⁹ suis: q^u eum ferebant: iperauit: ocyus
abirent: seq^{ue} necessariis patriæ usib⁹ seruant. Ipse autem armis resumptis genu ni-
sus hostib⁹ se obiecit: aliquotq^{ue} eorum cæsis ibi confossus mortem obiit: regni sui an-
no nono. Nos uero cum de his: quæ in Europa gesta sunt: aliquantulū meminerim⁹
ad asiæ res explicandas reuertemur. Dareus accepta arbelis clade: fugiens ad præfe-
cturas superiores contendit: ita ratus ex loci longinquitate citra impedimentum se
uires posse reparare: tempusq^{ue} idoneum habere: ad ea puidēda: quæ exercitui neces-
saria essent. primoq^{ue} in Ecbatana Mediæ perueniēs: ibi facta mora milites: qui fuga
euaferāt e manib⁹ hostium: recepit: inermes armauit: a finitimis gentibus militē no-
num euocauit: ad Duces Præfectosq^{ue}: qui & Bactris & locis superioribus erāt: misit
admonitum: ne fidem & amicitiam erga se imminuerent. Alexander a uictoria cum
defunctorum corpora sepeliri curasset: Arbela intrauit: ubi magnos cōmeatus: & in-
gentē opum pretiosiq^{ue} apparatus uim inuenit: in quis fuerunt argenti tria millia talē-
ta. Coniciens autem: ex cadauerū multitudinem facile eius aeris tractū infectū iri: mo-
uit cū oib⁹ copiis Babylona uersus: ubi ab icolis oppidanisq^{ue} liberaliter excepti: & in
lauta hospitio iūcti Macedones bene recreati sunt e laboribus: quos ante sustinue-
rant. Cōmoratus est Alexander in ea urbe dies plus triginta: & rex oīum abundantiā
& benignitate hoīum eū allicientibus: Deinceps discessurus arci Babylonis: Aga-
thonem pydnæū cum p̄sidio Macedonum septingētorū p̄fecit. Apollodoro amphi-
politæ & Menitæ pellæo Babylona: p̄fecturasq^{ue} oēs Cilicia tenus administrandas
concessit. datiq^{ue} talentis mille argenti iniunxit: ut militem stipendio cōducerent. Mi-
thrinnē: qui Sardis arcem dederat. Armeniæ p̄æsidem fecit. De pecunia: quam re-
cens acceperat: equitibus senas minas: auxiliariis quinas: peditibus macedoniæ
phalangis binas: reliquo peditatui duorū mensium stipendiū donauit. His peractis:
cum castra Babylone mouisset: in itinere ad eum peruenit supplementum ab anti-
patro missum. Macedones equites quingenti: peditum sex millia: equites thraces
sexcenti. Trallenses ad tria millia & quingentos: Peloponnesiaci pedites numero
quatuor millium: equites paulo minus mille. Aduenerunt & quinquaginta Macedo-
nes: filii omnes insigniū uiroꝝ familiarium Regis. hos parentes ipsi miserant: ut in or-
dines regii corporis custodum adscriberentur. Quibus oībus receptis Alexander i
stituto itinere perexit: castrisq^{ue} sextis in sitacinen præfecturam peruenit. In regione
ea cum oīum necessariarū rex copiam uberem offendisset: plusculos dies ibi moram
traxit: quo miles a labore itineris reficeret^r: simul ut militariū ordinum rōnem diligen-
tē iniret: administratiōesq^{ue} Ducū & Præfectoꝝ ampliores faceret: atq^{ue} ita exercitus &
militū multitudine & uirtute Ducum ualidior efficeret^r. Secundum igit^r: quod animo
deliberauerat: faciēs eoꝝ: qui optime mereri uiderent^r: accuratā rōnē habuit: multosq^{ue}
e præfectis summæ potestatis Duces esse iubens: in uniuersum omnes ad altiorē ho-
noris gradum: & ad uehementissimam erga suum Regem charitatem perduxit. neq^{ue}
gregariorum militum curam ommissit: sed multis utiliter prouisis: in meliorem sta-
tū omnia reduxit. per quæ factum est: ut totus exercitus beniuolentior erga eū ad Im-
patoris iussa obsequēti: & uirib⁹ lōge: quā pri⁹ fuerit: ualēti⁹ redderet^r. Ad reliquā

Egregia
Agidis uir
tus.

lib. XLIX
c. 11
c. 12
c. 13

Tria mil-
lia talenta
recep. Ar-
bel.

Donatiū
militibus
datum.

Sitacine.

Ordinū mi-
litatum in
stauratio

Sufiana. belli proinde instructis ita copiis Alexandrō cōtendit. cūq; in Sufianā inuasisset: absq; periculo & difficultate aliqua celeberrimā urbē regiā Susa obtinuit: ultro & citra consulationē aliquā praeceptō eius deditionē faciente. licet nōnulli scriptū reliquerint: & cum & alios non imminuta fides: sed Darei ipsius iussu ad Macedonas transiisse: illd aut Persarū Regis fuisse cōsiliū: magnis rebus Alexandrum distrahentib;: dum urbes insignes: & ingentes thesauros reciperet: se interim a fuga oportū tēpus exercitui cōparando habere posse. Accepta autē urbe Susis Alexander in thesauris regiis inuenit: argenti & auri nō signati plus quadraginta millibus talentis: quā a multis tēporibus intacta: ad inopinari alicuius magni discriminis subsidium Reges seruauerāt: prae ter hāc erāt & nouem millia talenta auri sub darica forma excussi. Hanc pecuniā Alexandro recognoscenti praecipua res quā dā accidit. CVM regiā sellā isedisisset: ea q; esset sublimior: q; ut corpori ipsius cōueniret: puer quispiā animaduertens pedes Alexandri haud mediocri interuallo solū nō contingere: apportauit Darei mēsam: pedibusq; Regis pendētib; eā supposuit: quā cū aptissime fuisset accōmodata: Alexander ualde eius: qui id agisset: ingenium cōmendauit. Tunc in adstantium turba spados: qui tantā fortunae uarietate secum considerauit: animo affectus lachrimari coepit. Alexander hoīem cum interogasset: quā nā indigna res uisa fletum ei excitasset: Ille in praesentia quidem inquit: tuus sum seruus: sed cum prius Darei fuerim: naturaq; dominos meos diligere soleā: nō potui nō dolere rem: quā tā opere ab illo honorabat: abs te nūc contemptui haberi animaduertens. quā ad uerba animo adiecto Alexander: Impii Persarū quanta esset ruina: secum coepit uolūtare. Videbaturq; sibi ipsi insolēs: neq; humanitati: qua erga scēminas captiuas usus fuerat: compar facinus admisisse. propterea famulū: qui mēsam opposuerat: accersit: iussitq; uti eam auferret. Ibi Philotas nihil contumeliosius a Rege factum fuisse ait: cum ipse illud fieri neui q; mādasset: sed fauentis potius Dei cuiusdā prouidentia & uoluntate eā rem uideri euenisse. Traxit eiusmodi Philotae dictum Alexander in fausti ominis significatio nē: mēsamq; uti erat sub solio permanere uoluit. Darei deinde matrem & liberos cum Susis remanere: Graecāq; linguā datis praceptoribus: doceri constituit: cum omnib; copiis castra mouit: quatuorq; dierum itinere ad fluuiū Tigrim peruenit: qui de morte Vxiorum currens: primo per terram asperā: & cōuallibus magnis interruptam: ad mille stadiorum spatium fertur. Exceptus postea cāpestri planitie semper fuit placidior: peractisq; stadiis sexcentis in Persicum mare ingreditur. Flumine eo traiecto: Alexander in Vxiorū fertilissimos agros: & multis aquis irriguos contēdit. Nascunt ibi innumeri & oīs generis fructus: aduenienteq; sub frigido autumnali tempore: p Tygrim a mercatoribus Babylona fructus: quicunq; ad hominum oblectamēta facere possunt: illinc deuehunt. Inuenit autē Rex aditus omnes occupatos praesidiisq; firmatos a Madere: qui dareo iunctus sanguine cum iustis copiis ei loco praesectus fuerat: cumq; oēm si tum diligenter explorasset: apparebant rupes esse prorsus inuiā. Tunc uir quispiam indigena e gente Vxiorum: cui bene loca ex longo usu comperta fuerant: pollicitus est Alexandro: per semitam quandam angustam & difficilem se milites eius illo ducturum: ut ipsis hostibus loco sublimiores essent. libenter hāc audiens Alexander cū illo misit idoneū militum numerū: & ipse irruptionem qua haud impossibilis fore uidebat: moliri coepit. cōgressusq; cū hostiū stationib; actiter defessis integros summittēdo: rem gerebat: donec barbaris omnib; in hoc certamen intentis

XLIX. millia talenta Susis recepta.

Exemplum memoratu dignum.

Tigris

Vxii.

men intentis q
res cōparuerun
bi fecit Alexand
ripuit: quintisq;
pedatu nig
ui ab se aditum
exercitu ingred
uero in medias
rima saxa super
mebant: multi
turba: feriebant
ninoq; locorum
ciores saucia
retq; hostiū ne
ferme esse in p
dia trecenta ce
aditus alter est
lum inuenit: si
turpe ualde cō
dauera petere
raurigit cap
erat: ad Alexand
rem annos co
regionis expe
ducere: ut a te
gnis munerib;
ne magnis lab
bus praecipite
ad primas hos
uiuos compreh
itinerā omnia i
HINC Persae
bi praerant: eis
prius: q; Darei p
tū aut laboris c
ponte iungeret
& prorsus mis
eos autē: qui gr
pensum animi a
plicantium infig
muletati fuerant
quidē man; alii
excelebat: his n
tur: extremitates

men intentis: qui missi fuerant de improviso supra regionis angustiarum propugnato-
res cōparuerunt. Ibi perterritis barbaris & in fugam coniectis transitum ita liberum si-
bi fecit Alexāder: breuiq; oppidis omnibus Vxianæ terræ potitus in Persidem iter ar-
ripuit: quintisq; castris: ad susiadas quas uocant petras: accessit. eas Ariobarzanes cū
peditu viginti quinque millium: & equitibus trecentis infederat. Alexāder arbitratus
ut ab se aditum posse apprehendi. nullo prohibente in loca impedita & angusta cum
exercitu ingredi cœpit. Hostes per aliquantum tēporis eos progredi permiserunt. Ut
uero in medias loci angustias est peruentū: derepente facto impetu: ingentia: & q̄ plu-
rima saxa superne prouoluere cœperunt. quæ in Macedonas decidētia multos oppri-
mebant: multi etiā e rupibus altis tela cōicientes aliquos semper utpote in cōferta
turba feriebant. alii de manu lapidibus missis instantes Macedonas repellebāt. Om-
ninoq; locorum asperitate Vxios adiuvante Macedones multi interficiebātur: nec pau-
ciores sauciabantur. Alexander cum tantis difficultatibus providere nō posset: uide-
retq; hostiū neminē aut uulneratū: aut interficere: ex suis autē multos periisse: nullumq;
ferme esse in prima acie nō saucium: receptui per tubicinem cani iussit. & retro ad sta-
dia trecenta cedens castra posuit. Exquirebat curiose a regionis eius hominibus: num
aditus alter esset præter eum: quē infelicitè tentauerat. omnes respondebant aliū nul-
lum inueniri: sed esse circuitum: qui nō nisi multis diebus peragi posset. Hic Alexāder
turpe ualde eē in sepultos suos: qui mortē obiiissent: relinquere: rursus ab hostibus ca-
dauera petere ignominiosum: & quasi confessionē uicti esse: secum reputabat. Imper-
rauit igit̃ captiuos oēs adduci ad se in quis unq; qui linguæ Græcæ & Persicæ gnarus
erat: ad Alexādrū ueniēs: se Lyciū genere esse: sed in captiuitatem tractum pastoritiā
rem annos complures prope eos montes exercuisse dixit: propterea cum bonā toti⁹
regionis experientiam haberet: posse regium exercitum per nemorosa quædam loca
ducere: ut a tergo hostibus: qui circa aditus excubabant: superueniret. Alexander ma-
gnis muneribus promissis. eam ducentem sequutus noctu montem superauit: non si-
ne magnis laboribus: frequenter per altas niues iter faciens. Regionemq; totam rupi-
bus præcipitem: lacunisq; & conuallibus profundissimis interscissam tandē emensus:
ad primas hostium stationes peruenit: ubi oēs facile circūuentos interfecit. in secūdis
uiuos comprehendit: qui erant in tertiis interim se in fugam coniecerunt. & eo modo
itinerā omnia in suam redegit potestatem: q̄ plurimis ariobarzanis militibus occisis.

HINC Persepolim uersus discedens litteras in itinere accepit a Tere date: qui ei ur-
bi præerat: eis Regē admonebat: uti festinantius accederet: recepturus ab se urbē: si
prius: q̄ Darei præsidia: quæ expectarentur: ipse eo perueniret. Nihil propterea dilige-
tiæ aut laboris omisit Alexander: quin copias suas q̄ primū duceret: Araxen flumen
ponte iungeret: militesq; traicere iuberet. Dum ita progreditur: spectaculum rarū
& prorsus miserabile ei obicitur: quod plurimum inuidiæ & odii in eius autores: erga
eos antē: qui graui calamitate sine ullius subsidii spe afflictī erant: miserationem & pro-
pensum animi affectū merito cuius excitare poterat. Venerunt enim obuiam cū sup-
plicantium insignibus Græci: qui a superioribus Persarum Regibus corpore turpiter
mulctati fuerant. octingenti ferme numero: & pleriq; ætate senes: mutilati omnes: hi
quidē man⁹: alii pedes: quidam aures & nasum. Si qui sciētia: arte: aut disciplina aliqua
excelebāt: his mēbrorum omnium: exceptis quibus ad exercendas suas artes uteren-
tur: extremitates amputatæ fuerāt: ut quic unq; pueritæ eorū: ætatis dignitatē: & miserā

Susiades
petra.

Alexā. coa-
ctus pedē
refert.

Susiadas
rupes ui
Alexā. su-
perauit.

Miserabile
spectaculū

corporum lacerationem uiderit: non multum infelicitis hominum sortis misereri nō poterit: præcipueq; ipse Alexāder: qui & uehementer indoluit: nec lachrymas ualuit continere. Cum uero illi uoce una exclamassent: rogassentq; Alexandrum: ut suæ calamitatis adiumentum afferret: solatus est eos Rex: curaq; sibi fore promisit: adiciens: quæ admodum suam animi magnitudinem decebat: curaturum ut in patriam honeste reducerentur. Ab hoc sermone Græci in unum conuenientes: habita simul de suis rebus consultatione: præstare iudicauerunt: in eo loco: ubi erāt: permanere: q̄ reuerti in patriā: quod restituti in loca diuersa discedere cogerētur: pauciq; eorū simul degētes: dū per urbes cum aliis ciuibus uersarentur: dolore ex erubescētia sui infortunii sensuri essent. Sed cum in Asia simul & eadem affecti calamitate uitam ducerent: solatium aliquod miseriarum suarum ex pari cohabitantium fortuna mutuo omnes percipere. Itaq; Alexandrum rursus adeuntes: quidnā deliberaissent: exposuerunt: oraruntq; eum: ut præsentem suum statum adiumento decēti recrearet. Rex comprobato eorū consilio: tria drachmarum millia: Vestes uiriles quinq; totidem muliebres: duo paria boum: oues quinquaginta: quinquaginta etiam tritici medimnos singulis dono dari iussit: immunesq; oīum tributorum: quæ Regi soluerētur: fecit. Præfectis suis iniunxit: bonam curam haberent: ne eis hominibus iniuriæ ab aliquo fierent. Tali beneficentia: ut liberali eius ingenio consentaneum erat: usus est Alexander: ad hominum infelicitum calamitatem subleuandam. Habita deinde concione: militibus demonstrauit: Persepolim: quæ esset metropolis Imperii Persarum præ omnibus aliis asiæ ciuitatibus maxime semper nomini Macedonum infensam fuisse: propterea eam: excepta regia: diripiendam uulgo concessit. Erat ea urbs oīum: quæ sub sole sint opulentissima: priuatum hominū facultatibus ex longi temporis felicitate in immensum auctis. Tunc Macedones impetu facto oppidanos ipsos interficere: & bona omnia inuadere: quæ multa & apparatu pretioso ornamentisq; omnis generis erant refertissima. Ibi argēti magna uis: nec auri minor diuersas in partes auferebatur. Vestes purpura iſectæ aut prætextæ auro a ualentioribus rapiebant. Ita magna urbs regia: per uniuersum terrarum orbem celebrata: contumeliis & cladi maximæ exposita fuit. Macedones autem: licet totum diem in direptione fuissent: haud poterant tamē cupiditatem: semper plura assectantem: explere: tantaq; in rapiendo insolentia utebantur: ut inter se etiam dimicare cœperint: multiq; interfecti sint: quod bona q̄ plurima abstulisse uiderentur. Aliqui inuentis rebus quibusdam magnæ æstimationis: auidi & moræ impatientes partē sibi saltē gladiis abscindebant: & cū ea discedebant. Nonnulli contendētium pro re aliqua: uicq; retinentium manus ira cōcitati amputabāt. mulieres mundo suo ornatas uio lenter in seruitutem abducebant. Quantum itaq; Persepolis urbes cæteras fortunis antecedeat: tantum eisdem omni calamitatū genere præstitit. Alexander autē arcem ingressus thesauros: qui ibi seruabant: accepit. in eos a Cyro primo Rege Persarum usq; ad hæc tempora publici reditus semper congesti fuerant: ut argēti & auri magnā uim continerent. Inuenit sane Alexander: auro ad argenti rationē reducto: centum & uiginti millia talenta: cuius summæ partem se cum ad belli usus portare: partem Susamittere: ut ea in urbe custodiretur: deliberauit. Itaq; Babylone: et tota Mesopotamia & Susis mulos: qui & dorsuarii & iugales essent: q̄ plurimos: & camelos ad tria millia adduci imperauit. Hac iumentorum multitudine totam pecuniam: quod decreuerat: comportari fecit. non enim satis credendum terræ eius hominibus iudicabat.

Alexā. munificētia erga miseros græcos.

Persepolis direptio.

Cupiditas semper plura affectat.

Cyrus primus Rex Persarum.

bus iudicabat. ad
cuius munificētia
detur. Arcem iussit
cinctus magnis op
pinas: quæ ei rati
tanto altitudinis
ginta cubita in alt
& ante eam uallum
aspectu ipso terro
partem arcis mon
pabat. ubi Regu
ra facta fuerant d
ctus ducebat in l
ria illic reponenda
plures uisebantur
cuniarum ingenio
sacrum splendidi
uiui. Eo & scem
nibus cum bene
turba mulierum
res: quas in Asia
polis regiam in
breui temporis
bus: & qui per t
idipsum: incens
impia facinora
& cæteri: tantum
Rex amicorum
ria festiuitatem
ui allara: & mus
cum cantu: tibis
quæ prima a Re
esset: cito ob ing
ritum admirabi
commisit: unica f
in festo ludicro
teras urbes Pers
gnitatis suæ fama
castra mouit: qui
nanq; cum millib
fuga reciperet: p
interi cū eq̄tatu
sepeliret. A q̄bus
calamitatem ueh

bus iudicabat. ad hoc ipsam urbem Persepolim prorsus delere habebat in animo. de Persepolis
 cuius munitissima & pulcherrima Regia breuibz meminisse haud inconueniens ui Regia.
 detur. Arcem iustæ magnitudinis cingebant triplicia mœnia: quorum primus muri
 cinctus magnis operibus extructus altitudinem habebat sexdecim cubitorum: supraq;
 pinnas: quæ ei non paruo erant ornamento: Secundus priori cætera cõsimilis: altero
 tanto altitudinis eum superabat. Tertius murus formam habebat quadratam: & sexa
 ginta cubita in altum erigebatur. Vnumquodq; quatuor laterum muri portam æneâ:
 & ante eam uallum iidem æneum uiginti cubita extrantem: hunc quidem ad iniiciendũ
 aspectu ipso terrorẽ: illam autem ad firmam loci defensionem habebat. Ad orientale
 partem arcis mons interuallo ferme pedum quadringentorum distabat: qui regius nuncu
 pabat. ubi Regum inerant sepulchra. Saxum erat inges excisum: in cuius medio plu
 ra facta fuerant domicilia: defunctorum Regum sedes. neq; aditus quispiam opere fa
 ctus ducebat in locum eum: sed instrumentis quibusdam sublata cadauerum cõdito
 ria illic reponabantur. In ipsa arce elegantissimæ & omnibus rebus instructæ ædes cõ
 plures uisebantur: ad Reges & milites accipiendos: Thesauri: quibus seruarentur pe
 cuniæ: ingeniose ibidem parati fuerant. Alexâder pro rebus bene gestis uota soluturus.
 sacrum splendidissimum in Deorum honorem fecit: & amicos prælato accepit con
 uiuium. Eo & sceminæ: quæ corpore quæstum faciebant: admixtæ sunt. crebris potatio
 nibz cum bene indulissent: ebrietas & post eam insania multos corripiebat. Tunc e
 turba mulierum Thais quædam genere attica pulcherrimum esset inquit inter omnes
 res: quas in Asia gessit Alexander: si ipse Rex nobiscum inita saltatione ludicra. Perse
 polis regiam incendio absumeret: ut res nobilissima apud Persas manibus sceminarum
 breui temporis spatio delata prorsus fuisse diceretur. Exceptus est hic sermo a iuueni
 bus: & qui per temulentiam parum quid deceret possent prospicere. Itaq; unus agendũ
 id ipsum: incensosq; torres afferendos exclamauit. Commissa in Græcorum sacras ædes
 impia facinora ut omnes ulciscerentur: admonebat. Comprobarunt hanc sententiam
 & cæteri: tantumq; opus Alexâdro soli conueniens esse dicebant: Non desuit cœpto
 Rex amicorum sermonibus excitatus. A potatione igitur exultantes: pro parta uictoria
 festiuitatem Liberi patris se uelle agere prædicabant. subitoq; magna lampadum
stebant adeo: ut non pauci Macedones inter oppugnandum occubuerint. Tunc ira concitatus Rex ignem domibus iniecit: sicque maxima pars hostium est incensa. qui periculum uitare potuerunt: in arcem se recipientes pacem supplices ab Alexandro petiuerunt: atque impetrarunt. IPSE rursus in naues cum amicis ingressus iter flumine continuauit: donec a duorum quos diximus: & Indi amnium confluenti classis excepta perturbari ualde coeperit. Vbi. n. concitati aquarum cursus simul collidebant: uortices & multi & tremendi abreptas naues distrahebant: & nonnunquam opprimebant. Ad hoc impetus ipse precipitatus & uehementissimus trium fluminum omnem nauarum artem seu industriam superabat adeo: ut prouideri non potuerit: quin longæ duæ naues sumergerentur: & complures in terram conicerentur. Nauis ipsa regia a rapidissimo fluctuum decursu comprehensa est: in summoque discrimine ita uersabatur Alexander: qui præsentem mortem uidens imminere uestimenta exuit: nudusque ad extremum natandi subsidium se expedit. Regis amici periclitanti naui sese appellabant: ut ea a fluctuum ui retracta Alexandrum reciperent. magnusque eo in loco tumultus est excitatus. Viris & nauibus fluminum uiolentiæ se opponentibus: illis autem ingenium & uires humanas facile superantibus. Tandem summa cum difficultate nauium succurrentium auxilio factum est: ut ad ripam Alexander impelleretur. Ita propter spem seruatus Diis sacrum fecit: quod ueluti pugna cum flumine commissa maximum euasisset periculum. HINC contra Oxydracas & Mallos bellicosos & maximos populos castra mouit. Illi copias octoginta millium peditum: decem equitum: currus autem septingentos coegerant. cumque ante Alexandri aduentum bellum inter se habuissent: tunc externo hoste appropinquante discordias omnes posuerunt: datisque & acceptis mutuo decem millibus uirgum amicitiae affinitatem adiunxerunt. non tamen ita reconciliati simul in aciem uenerunt: sed dissensione orta utros penes summum esset imperium in proximas quique suas ciuitates se receperunt. Alexander cum prope totius regionis maximam urbem confedisset: eam absque mora aliqua oppugnare deliberauit. Tunc Demophon quidam ex his: qui futura de ostentis & signis aliis solent conicere: ad Regem accedens ex augurii obseruatione se inquit adnotasse magnum ei periculum portendi ob uulnus: quod in oppugnatione accepturus esset. propterea admonere: uti pro tempore ab inuadenda ea urbe animum ad res alias conuerteret. Hominem Alexander obiurgauit: quod talibus consiliis uiroque fortium uirtutem frangeret: atque his: quæ oppugnationi erant necessaria: prouisis ipse primus sequentibus copiis urbem aggressus est. uehementer eam ui capere desideras. Ibi cum serius machinæ adducerent: portam unam adortus perfregit: irrumpensque in urbem multos interfecit: reliquos in fugam uersos usque ad arcem est persequutus. Interim uero Macedonum multitudine adhuc in tentadis mœnibus occupata non cunctatus ipse scalam propere arripuit: & muro arcis applicauit: scutoque supra caput prætento inscendere coepit. Tantam autem his omnibus celeritatem adhibuit: ut prius: quam excubitores barbari in muri custodiâ uenirent: ipse iam in eum summum conscenderit. Non audebant hostes propius accedere: ut manus cum eo consererent: sed eminus & iaculatores & sagittarii ita eum grauitur urgebant: ut uix missilium uim sustineret. Macedones scalis: quas duas apposuerant: frequentes scandere conabantur: sed eis pondere perfractis omnes in terram deciderunt. Igitur omni destitutus auxilio Alexander facinus mirum & memorabile plurimum exequi ausus est. Cum enim indignum rebus ab se felicissime gestis existimaret: omisso quod tentauerat e muro ad

Naufragio
periclitatus
Alexan.

Expedito
in Mallos.

Demopho
uates.

Prædictio
nibus suis
stris uirtus
frangitur.

Incredibilis
Alexan. au
dacia.

DIODORI

Summum
periculum
Alexan.

suos redire: solus & armis oneratus in ipsam arcem desiliit: Indisq; impetu facto in eū incurrentibus audacissime resistebat. Dextra arborem prope mœnia positam: Læua murum ipsum: ne circumueniri posset: sibi pro munimento accepit: atq; ita cum hostibus manus cōferebat: eo aīo: ut tanq̃ Rex tot clarissimis rebus gestis summā uirtutem demonstraret: mortēq; gloriosam oppeteret. multos galea: multos clypeo ictus sustinuit. tandem sagitta ei infra mamillam infixā: uī doloris ingenua procumbere est coactus. Ibi statim Indus: qui uulnus intulerat: secure ad hominem confectum accedens: ferire eum aggrediebatur: cum Alexandri gladio subter ilia transfixus: ob partem corporis: quæ letale periculum facile contrahit: offensam: subito mortuus concidit. Rex ramo: qui de arbore prope se pendebat: comprehenso adiutus surrexit: cœpitq; prouocare ex hostibus: si qui secum uellent decertare. Interim Peucestes unus e custodibus corporis regii: scala mœnibus superatis: primus ad sui principis defensionem peruenit: postq; alii plures: qui uisi barbaros perterruerunt. atq; a periculo Alexandrū seruauerunt. capta autem per uim & urbe & arce: hostes quicunq; in Macedonum manus inciderunt. ob conceptam ex periculo Regis indignationem: trucidati sunt: omniaq; loca urbis cadaueribus sunt repleta. CVM uero in terra hac Alexander multorū diuturnam moram traxisset: uti a uulnere curaretur: Græci qui Bactrianam & Sogdianā præfecturam incolentes diu antea ægre tulerant conditionem illam uiuendi inter Barbaros: tunc de uulnere & obitu Alexandri rumoribus uulgatis: contra Macedonas surrexerūt: coactiq; in unum ad tria millia: magno tumultu excitato: in patriam redire conati sunt. Postea Alexandro mortuo seditiosam eam omnem turbam Macedones interfecerunt. IAM Alexander a uulnere conualuerat: sacrumq; Diis ob acceptam salutem fecerat: & magnificentissimo epulo amicos suos acceperat. Ibi ex ipsa potatione res rara & memoratu digna euenit. ERAT inter conuictores alios Macedo qui dam Coragus nomine: qui corporis robore & rebus strenue gestis multū præstabat. Is uino incalescens ad certamen singulare Dioxippum atheniensem athletam: cui ob plerasq; insignes uictorias: coronæ præmium datum fuerat: inuitauit: studiūq; omniū qui aderant: ut mos est in alterutrius gloriam arrectis: Dioxippus conditionem suscepit: atq; ipse Rex certaminis diem constituit: qui ut illuxit: multa hominū millia ad eius mediū spectaculum conuenerunt. Hinc Macedones & ipse Alexander populari suo Corago: Illinc Græci suo Dioxippo omnibus uotis fauebant. progressi sunt in mediū bellatores duos: Macedo fulgentibus armis ornatissimus: Atheniēsis nudus atq; oleo unctus cum serito maxime decenti. Cumq; corporis uigor atq; fortitudo in utroq; admirabilis esset: Deorum quodammodo certamen futurum uidebat: ut statu ipso atq; terribili armorum apparatu Coragus Marti: Dioxippus autem firmitate membrorum: exercitatione pugnandi: & præcipue ex claua: quam gestabat: Herculi esset cōsimilis. Postq; igitur alter alteri cœpit ingruere: Macedo mediocri distans interuallo lanceam in aduersarium intorsit: quam ille paululum reclinatus euitauit. post id Sarissa intenta ad eum ferendum contendens ut propius accessit: Dioxippus claua Sarissæ inflicta totam eam confregit: sicq; Macedonis conatus bis frustra fuit. Tunc gladio rem gere re deliberans: manu educere eum instituerat: cum assiliens Dioxippus præuenit: suaq; sinistra manu illius manum: qua ensem stringere parabat: occupauit: dextra autem e statu suo eum deturbauit: cruribusq; subtractis in terram deiecit. Ibi super iacentis ceruicem pedem impressit: clauaq; in ictum sublata ad spectatores se conuertit: qui incredibili &

Pugna singularis athletæ & militis.

dibili & maxima
ceret: atq; spect
aduersario suo
larib; honorat
tuna diutius h
nat: oēs q; reg
tarū: ut minist
modū cōiuiō in
iuenisse simula
cōtra se factā ui
ri deliberās: ep
gi redderēt: mā
Macedone des
obtrectatores
le euenire: ut qu
stola grauiter ill
uentē abhorru
fuisse in oecia
cundū classē
re instituit: pgr
q; egregia uirtu
ministratione
xaginta: equita
classē Maced
perterriti cū eti
lii fortunæ res
rūt oratū: ne ad
cem concessit: a
te consequutus
contendit: quib
hominum: qui e
eum captum inter
ram: cui Portican
q; militibus præ
expugnatum opp
nis terrorem finit
pidis cōpluribus
terfectis. Tanta
quæ supplices uen
rant: e medio subla
giata transmitten
Ultima erat Brach
& loco munitissim
giis amicis missi su

dibili & maxia uiri uirtute comoti clamore igete ediderunt: Alexander iussit ut uicto parceret: atque spectaculo finito illic discessit Macedonis caum agerrie ferēs. Dioxippus aduersario suo incolumi dimisso ob partem adeo insignem uictoria coronam a suis popularibus honoratus ē: existimatusque communē Graecis omnibus gloriam acquisisse. Sed. n. fortuna diutius hominem tanto gaudio frui non permisit. Rex enim semper postea ab eo fuit alienatus: omnesque regii amici & aulici Macedones uirtuti eius mirifice inuidetes id tandem excogitarunt: ut minister quidam ab se persuasus poculum aureum Dioxippi puluino subiceret. postmodum conuiuium inito coqueri ceperunt: de furto patrato: Vestigantesque poculum ablatum se inuenisse simularunt: cum magno pudore & pro Dioxippi: quae Macedonum conspiratione contra se facta uideretur: tunc quod periculi uitandi causa conuiuium aufugit: ceteros post paulo mori deliberans epistolam ad Alexandrum de fraude in se commissa scripsit: amicisque uti eam Regi redderetur: mandauit: atque eo facto uita se abdicauit: imprudens: quod temere in certamine cum Macedone descendit: sed imprudentior longe quod sibi tam stulte uim intulit. propterea obtrectatores eius ad hominis demeritum coarguenda illud passim iactabant. Haud facile euenire: ut quispiam ignes corporis uires: & ingenium subtile habeat. Rex autem lecta epistola grauiter illius obitum tulit: frequenterque uirtutis eius desiderio tactus est: & quem uiuentem abhorruerat: mortuum: quando id frustra erat: penes se habere cupiens: quanta ei fuisset in oecumena ex calumniarum scelere cognouit. At copias ad ripam fluminis: uti secundum classem iter faceret: ductis Alexander nauigationem ceptam ad Oceanum continuare instituit: progressusque ad getem: quae Sabastae dicuntur: peruenit. Hi hominum multitudinem: atque egregia uirtute nulli populo Indiae postponendi ciuitates liberas: quae populari administratione regerentur: habitabant. Auditoque Macedonum aduentu peditum millia sexaginta: equitatum sex millium: bellicosos currus quingentos coegerant. Sed: cum fluminis classem Macedonum appropinquare sensissent: nouo & inopinato genere accessus perterriti cum etiam toties uictoris exercitus nomen uererent: suaderetque seniores ne praelii fortunae res committerent: quinquaginta insigniores uiros legatos ad Alexandrum miserunt oratum: ne ad se: qui amici esse uellent: hostiliter ueniret. Rex laudato eorum consilio pacem concessit: atque magna munera honores autem plusquam humanos ab ea gente consequutus in Massanos deinde & Sodras: qui utranque fluminis ripam tenebant: contendit: quibus in locis secus flumen urbem Alexandriam condidit: decemque millia hominum: qui eam incolerent: designauit. Hinc in Musicanum Regnum ingressus eum captum interfecit: gentesque deuictas sibi parere compulit. Transiit deinde in terram: cui Porticanus imperabat: ubi primo impetu urbes duas expugnauit: concessa militibus praeda incendit. Porticanum: qui in arcem bene munitam confugerat: expugnatum oppressit. omnes eius urbes uicinas euertit: ut ita magnum sui nominis terrorem finitimis populis iniiceret. Vastauit eodem modo Sambum Regnum: oppidis compluribus occupatis ac dirutis: & hominum millibus supra octoginta passim interfectis. Tantam calamitatem genti huic Brachmanum Alexander intulit. ceteras: quae supplices ueniam rogarunt: his tantum: qui sumendi arma praecipui autores fuerant: medio sublati: clementius tractauit. Sambus ipse Rex cum elephantis triginta transmittens in ulteriorem Indi fluminis ripam: imminenti periculo se substraxit. Ultima erat Brachmanum ciuitas: nomine Harmata: quae & suorum hominum uirtuti & loco munitissimo confisa: Alexandri gratiam parui aestimabat. Ad hanc pauci et regis amicis missi sunt: qui lacesserent oppidanos: ut si ad exeundum elici possent:

Dolus nefandus.

Adagium.

Sambastae

Massani
Sodra.
Alexandria.
Musicanus.

Porticanus

Sambus.

Harmata.

Stratego-
ma:

Venenicon-
festiatio

Mirum de
salute Pto-
lemæi.

Sacra in
Oceano fe-
cit Alexan-
der. Teti-
di & Oceano
ara.
Hyla.

Orbitæ &
Gedrosi.

ipsi retrocederēt. Erāt quinquaginta numero: quod mœnibus appropinquantes ob paucitatē contēpti sūt. atque ex urbe ad tria millia isēquendi gratia egressis. simulabāt se pterritos pedē referre: donec ad uicinū locū hostes pducētes: ubi Alexāder instātes Barbaros excepit: manibusque acriter cōfertis aliquos interfecit: reliquos uiuos comprehendit. In ea pugna cū Macedones plerique uulnerati fuissent: magnū illi oēs periculū adiuērūt: ppter ea quod barbarorum ferramēta letali ueneno fuerāt illita: quæ res illis fiduciā uenien-
di in certamē dederat. Conficiebat id ueneni genus e quibusdam serpentibus: quos p uenationē cōquisitos & interemptos ponebāt in sole. Ibi syderis cœlestis ardor iacētia corpora: ut liquerent: soluebat: atque ita sudor quidā exprimebat: qui nil aliud erat quā anguium ipsorum humor oīs uenenatus. Is igit ubi p uulnus quēpiam cōtigerat: ei corpus stupēs cōtinuo reddebat. post paulo acerrimi cōsequebantur dolores: contractioque & tremor oīa mēbra inuadebat. Cutis ipsa frigebat cum atro colore. Vomitu bilis identidē reiciebat. E uulnere prodibat nigra quædā spuma: & sanies inde facta cōfestim nobiliores corporis partes attractu suo contumpebat: morsque ita miserabilis sequebat. Neque minus periculi aut cruciatus leuiter sauciis quā illis: qui maiora subiuis-
sent uulnera: accidebat. Eiusmodi peste cū Macedones absumerent: Alexander nō adeo cæterorum oīum miserebat: quā unius Ptolemæi: qui succedentibus tēporibus re-
gnauit: tuncque ei plurimū erat dilectus: casum dolebat. CONtigit uero rarū & uix fidē capiens quiddā in Ptolemæi salutē: quod oēs diuinæ prouidentię acceptū refere-
bant. Omnibus ob summas uirtutes: & cunctis gratificandi studiū: æque carus hu-
manitate: quā præstabat: cōdignam mercedem hāc reportauit. Vidit dormiens Ale-
xāder eam speciem: quasi draco ore herbam quandā teneret: & eius naturā: uirtutē atque locū: ubi nasceret: doceret. Postquē surrexit repertam herbam contriuit: & Ptole-
mæi corpori applicauit: dedit etiā potionē inde medicatam: per quā bonæ ualitudi-
ni subito eum restituit. Cæteri: qui ex uulneribus laborabant: cognito herbæ profe-
ctū eadem usi curatione cōualuerunt. At urbem ipsam Harmata & magnam & mu-
nitionibus bene firmatā cū exercitu oppugnandi causa accesserat Alexāder. Ibi egres-
si oppidani supplicantes: seq in eius potestatem dedētes pacē & ueniā impetrarunt. Ipse nauigatione repetita ad Oceanū peruenit: ubi cū Insulas duas inuenisset: Deos splēdidissimo sacrificio in eis peracto ueneratus est: magnaque & multa aurea pocula simul cum libaminibus in Mare ipsum coniecit: Teti di & Oceano aras: quod sum-
ptam expeditionem ibi finisset: excitauit. Ab Oceano rursus classe iter relegens per flumen ad Hyala insignem urbem appulit: cuius Respu. eodem fere modo: quo Spartanorum regebat. E familiis duabus Reges duo per successiones adsumeban-
tur: qui bellicæ rei præstent. In omnibus autē: quæ gerenda essent: præcipua senectū-
tis erat autoritas. Incendit Alexāder naues eas quæ labefactatæ multū erāt: reliquas omnes Nearchus aliis uel amicis quibusdam tradens iniunxit: littorales gētes p Ocea-
num adirent: atque ad obsequium compellerent: sibi que ad Euphratis ostia occurrerent. Ipse autem cum terrestribus copiis latissimam regionem peragrans cōtumaces: & si-
bi aduersos debellauit: qui imperata facere non recusarunt: liberaliter & in fidem ac-
cepit. donecque per Orbitas & Gedrosiam terram transiuit: nihil sensit detrimenti. Ab eis loca multa aquæ egentia: nec pauciora deserta ingressus: attigit tandem Ori-
dis finitima. Ibi exercitū in treis partibus diuiso: uni Ptolemæum ducem: alteri Leō-
natum præfecit: ut hic mediterraneas ille: quæ secundum mare essent: populabun-
di percurrerent.

di percurreret.
Cum igit sub
oculus igne rap-
positi: intercep-
plo in Regis po-
deliberauit. Co-
nitas placuisse
fecerat: in Ori-
res & instituta
capiat. OBE-
uam aliquam ef-
tum diripiūt. rel-
ci eius genio fac-
de Alexander in-
inhospitalem &
gues nutriunt:
Solis ardores e-
eiciantur: eorū
bent rationem
atque ex ea mater
squammis autem
hac in regione
usui sunt: inope-
num oīum animi
do quidem mise-
tissimi homine
ret Alexander ex-
ræ uicinas præfe-
frumento & rebu-
propere euntes a
locum comportat
& postea in ipso
teremptis in suam
Macedones supe-
affluentem perue-
der ipse septē dies
citui ad ludicrum
tationes: nec citra
ros: quibus regen-
iuris populos affi-
plerosque animadu-
est: Duces complu-
perunt timere: atque
nonnulli coacta ui-

di percurreret. Ipse cum tertia in montes & subiacentia loca uastans omnia inuasit. Cum igitur sub unum atque idem tempus multis in partibus regio ea destrui coepisset: ocyus igne: rapinis & caedibus omnia sunt repleta. Macedones ita magna praeda sunt potiti: interceptorumque numerus excessit multa millia. Vicinae gentes tali perterritae exemplo in Regis potestate uenerunt: quod ad sui nominis incrementum urbem iuxta mare extruere deliberauit. Cum enim portum naturali situ quetissimum inuenisset: locique propinqui opportunitas placuisset: conditam urbem Alexandria nominauit. Postea itinere: quod sibi patentissimum fecerat: in Oritarum agros irrumpens breui gentem eam totam sibi coegit parere: quae mores & instituta reliquis Indis consimilia habet: uno excepto: quod eis peculiare uix fide capiat. OBEVntium apud eos cadauera cognati nudi & lanceas gestantes in syluam aliquam efferunt: atque ibi uinciunt. post id uestimenta omnia & totum funeris apparatus diripiunt. relictisque corporibus uti a feris deuorent: raptas uestes concidunt: ac loci eius genio sacrificant. inde omnes domum reuertuntur. PROGressus est deinde Alexander in Cedrosiam: propius mare iter faciens: inciditque in gentem quandam inhospitalem & prorsus feram: cuius homines a primo ortu ad senectutem usque ungues nutriunt: comam autem in unum collectam promittunt: quae ob intemperatos Solis ardores eis est adusta: pellibus ferarum amiciuntur. Ceteraeque mari ad terram eiciantur: eorum carne uesci soliti pro cibo habent. Construedarum domuum eam habent rationem: ut parietibus excitatis tectum e piscis eiusdem costis superimponant: atque ex ea materia plerumque trabes decem & octo cubitorum in structura ipsa suspendant. squammis autem tegularum uice in cooperiendo tecto utantur. Laborauit Alexander hac in regione magnis com meatuum angustiis: pergensque in desertam: & omnium quae usui sunt: inopem terram deuenit. Ibi cum ex fame multi periissent: mirifice Macedonum omnium animi fracti sunt: & ipse Rex dolore & curis ingentibus corripitur: quandoquidem miserabile illud passim uidebat: ut uirtute animi & optimis armis instructissimi homines in desertis omnium egeni turpiter occumberent: quibus ut subueniret Alexander expeditos milites in Parthiam: dranginam: ariam: ceterasque desertarum terrarum uicinas praefecturas misit: mandans uti camelos celeres: aliaque dorsuaria iumenta frumento & rebus quibuscumque necessariis onusta agerent ad Carmania fines. Illi propere euntes ad praefectos locorum fecerunt: ut magna com meatuum uis ad dictum locum comportaretur. Ammisit initio Alexander milites multos ob uictus inopiam & postea in ipso itinere Oritarum aggressi agmen. quod Leonatus ducebat: multis interemptis in suam terram se receperunt. His omnibus difficultatibus circumuenti Macedones superata tandem desertum: ea ratione in habitabilem: ac rebus omnibus affluentem peruenerunt. Vbi postea quam a toleratis incommodis recreati sunt: Alexander ipse septem dies continuos ornatus inter hominum multitudinem suo praestitit exercitui: ad ludicrum festum in honorem liberi patris celebrandum: atque in uia media portationes: nec citra temulentiam exercuerunt. Quibus peractis cum praefides multos: quibus regendae terrae ab se designatae fuerant: impotenter & praeter aequum iniuriis populos afficere audiuisset: minime id ratus ferendum: in praefectos & Duces plerosque animaduertit. Ea uero Regis in primores uiros se ueritas ut passim uulgata est: Duces complures iniuriarum & patratum scelerum consocii uehementer sibi ceperunt timere: atque aliqui cum mercenario milite: cui praerant: a Rege defecerunt: nonnulli coacta undique pecunia aufugerunt: Quorum factus certior Alexander ad

Alexandria.

Oritarum in
beluina in-
stitutum.

Cedrosia

Liberi pa-
tris festum

DIODORI

Salmus.

Mira Oceani.

Calani philis mors.

Statira Darei filia. F. Alexander nupta. persicus exercitus Alexander.

Harpalus.

Duces omnes & Satrapas Asiae scripsit: ut quamprimum litteras suas legissent: milites omnes stipendio merentes dimitteret. Et autem tempore cum moram traheret in maritima urbe: cui Salmuntis erat nomen: ac scaenica certamina in theatro spectaret: eo appulsi sunt: quos per Oceanum ad maritima obeunda miserat: statimque theatrum ingressi Regem salutarunt: ac quaecumque agissent renuntiarent. Macedones ex sociorum adventu magna affectu laetitia plausum ingentem ediderunt. atque ita effusissimo gaudio omnia disfluebant. NARRauerunt illi miros se in Oceano gurgites: quibus aqua sorberetur: & rursus effunderetur: fluctuum etiam vastas agitationes inuenisse: ac prope eos gurgites insulas magnas complures ab extremo continenti prospici: neque aditum ad eas modo ullo patere: ob crebras aestuantis maris exudationes: uento uiolentissimo ab insulis in terram proflante: quibus ex spumae uis magna per fluctus idem excitata species candida esse uideretur: quodque magis admirabile: in multa & incredibilis magnitudinis Cete se incidisse: unde consternati spe omnem uitae abiecerint: quippe qui arbitrentur uiros omnes una cum nauibus ab illis subito absumpturi. Sed postea animis resumptis clamorem magnum omnes se pariter edidisse: simulque armis collisis & personantibus tubis tantum strepitus fecisse: ut perterritae bellum subter aquam se demerserint. His acceptis Alexander iussit uti ad navigationem redirent. pergeruntque usque ad fluvium Euphratem. Ipse cum exercitu itinere per regiones uarias facto: ad Susianae fines peruenit. CIRCA id temporis Calanus Indus magni nominis in Philosophiae studiis: & qui ab Alexandro multum obseruabatur: miro mortis genere se iterem. Cum enim annos tres & septuaginta omnis prorsus aduersae ualitudinis expertus uixisset: tuncque morbo tentatus in dies grauius haberet: reputans felicitatis eius: quae a natura: aut a fortuna accipitur: possit terminum sibi iniectum esse: ab hac uita decedere deliberauit. Rogauit igitur Alexandrum ut pyram construi: ac postea quam ab se ea incensa fuerit: per ipsius apparitores ignem subiici faceret. Conatus est initio Rex a proposito eum dimouere: Sed ut in sententia permanere uidit: se quaecumque orasset curaturae recepit: regioque iussu pyra statim est composita: & ingens hominum multitudo ad tam inusitatum confluxit spectaculum. Calanus: uti se facturum asseuerauerat: summa alacritate pyram incedit: atque ibi cum ea incensus uitam finiuit: quae res ab astutibus uario modo excepta est. hominis aliqui furor esse: nonnulli inanem fortitudinis ostentationem damnabant. Erant & qui animi magnitudinem in contemnenda morte admirarentur. Alexander summo cum honore eum sepeliri curauit: ac deinde Susa profectus Statiram maiorem Darei filiam sibi iunxit matrimonio: iunioris Drypetem Hephæstioni uxorem dedit. Suasit insignioribus amicis: uti exemplo suo sponsalia inirent: fecitque ut nobilissimae persicae puellae eis nuberent. DVM haec ageretur: triginta Persarum millia Susa uenerunt: qui omnes & iuniores & corporibus bene compactis robustisque electi: Regis iussu simul ad idoneum tempus sub magistris & praefectis omnia belli munia perdiderant: ac macedonica armatura pulcherrime instructi fuerant. Hi castra ante urbem posuerunt: cumque bellica usque meditatione se in armis Regi ostendissent: maximis ab eo muneribus sunt affecti. Quod enim Macedones Gangem flumen traicere recusauerant: & frequenter in contionibus reclamare ei non uerebantur: opinionemque de parte Hamone passim eleuabant: agmen hoc Persarum: quorum unus & idem esset animus: ad Macedonica phalagis animos reprimendos comparauerat. Atque his quidem rebus Alexander operam dabat. HARpalus autem: qui thesauris & uectigalibus seruadis Babylone praefectus fuerat: cum in India Alexandrum facile intrasse audiuisset: in eam

in ea uenit sententia se dedens sociis cuius rei magnitudo turpius uoluptas sibi afferri curaret haec Athēis ad neta plane regum attica priosissima cata ad se in suum nae casus: Athēreni studebat. Cuncta sibi etiam ad sex millia mōtanaron Laco puerit ab O se bona pecunia milites iuit i Taper isidias e intercepissent: Dem in Olympicis ludicididit: reditū legit: hisque uacant lexisset: die uno dinib9 remasera tus acerrime ob ipsosque tumultu scente aut in di pti: primosque ei plices lachrimas IAM uero athe Alexander ordin in aula ad sui cū fidēdū cēsuit. V os ad uiginti t exercitum & sibi diligēter exquisi ter educarent: ce res praesent: co q Tigris flumine in Sambana Cid postea castris ter les supererat: ex patriae etiam mun ro in quo plurim

in eā uenit sententiā: ut illū eū haud amplius reditū crederet. Itaq; deliciis: & itēperā
 tiā se dedēs scēminis uī primo īferre: & oē libidinis genus cū barbaris exercere īcepit
 cuius rei magnā facultatē latissimā terrā īperās habebat. Pecuniāq; aut uim magnā ī
 turpiū uolupratū usū īpēdere. a mari siquē usq; rubro: qd' maxie distat: pisces multos
 sibi afferri curabat: atq; in oī uictu tātū pdigebat: ut ī de passim male audiret. Prater
 hāc Athēis ad se īsigne maxie scortū: cui Pothynice erat nomē: acciuit: uiuentiq; mu
 nera plane regia donauit: & mortuā magnis sumptib; sepeliri fecit: cōdito ei in terra
 attica p̄tiosissimo sepulchro. Hic Attica itidē alia muliere: q̄ Glycerā nominabat: uo
 cata ad se in sūma mollitudine & imoderatis īpēdiis uitā ducebat. Ad oēs uero fortu
 nā casus: Atheniēsē populū: quos si opus ēēt: profugiū haberet: sibi p̄cipue deme
 reri studebat. Cū igit' ex India reuersus Alexāder p̄fectos multos sibi delatos morte
 mulctasset: Harpal' idē desētīmēs: collectis quib; millib; talētis argētī: secū ad sūpsit
 ad sex millia mercennarioz militū ex Asiaq; ī atticā cōtēdit: ubi cū a nullo recipe: ad
 Tānaron Laconia relictō milite: Athenas supplex cū pecuniāz parte ē p̄fect'. Su
 p̄uenerūt ab Olympiade & antipatro nuntii: q̄ eū ab atheniēsib; reposcerēt. Tūc ip
 se bonā pecuniā oratorib; q̄ ad populū pro se agerēt: dilargitus aufugit: atq; ad suos
 milites iuit ī Tānaron. Illinc ī Cretā trāsmisit: ubi a Thibrone uno e suis familiaribus
 per īsidias ē interēptus. Atheniēsē habitā de his cognitiōe: q̄ pecūias ab Harpalo ac
 cepissent: Demosthenē alios ue quosdā oratores criminis ei' damnauerūt. Alexāder
 in Olympicis ludis p̄p̄cones significari fecit: oib; exulātib; prater: q̄ sacrilegis & ho
 micidis: reditū ī patriā ab se cōcedit: atq; e suo exercitu decē millia senioz hoīum se
 legit: hisq; uacationē militiā indulxit. cūq; eoz multos are alieno obstrictos ēē intel
 lexisset: die uno exoluit debita paulo minus decē milliū talētoz. Macedones: qui ī or
 dinib; remāserant: cōtumacius se gerentes: concionatiq; sibi obstrepere ausos cōmo
 tus acerrime obiurgauit: iniectoz multitudini terrore e tribūali desilire nō dubitauit:
 ipsosq; tumultus autores suis māib; cōprehēsos apparitorib; puniēdos tradere. Gli
 scēte aut in dies magis seditione: Alexander e Persaz lectorū numero Duces ad sū
 psit: primosq; eis honores in exercitu cōcessit: qua cōtumelia Macedones affecti sup
 plices lachrimātesq; a Rege sūma cū difficultate: ne uō ei reconciliarent: impetrarūt.
 Iam uero athenis īperāte anticlei Romā consulib; .L. Cornelio: & Qu. Popilio
 Alexāder ordines: q̄ militū īteritu extenuati erāt: e Persis suppleuit. Eorundē & mille
 in aula ad sui custodiā ēē iussit. ī uniuersumq; Persis nihilo minus: q̄ Macedōi cuius
 fidēdū cēssit. Venit & tēpore eodē ad Regē Peucestes ducēs funditores & sagittari
 os ad uiginti millia: quos priorib; copiis immiscuit: eaq; nouatione mixtū quēdā ex
 ercituū & sibi audiētē fecit. Macedonū filios: qui e scēminis captiuis fuerāt suscepti
 diligēter exquisiuit: inuenitq; numero esse ferme decē millia: quib; oib; ut liberali
 ter educarent: certā pecuniā de suo exolui: utq; eis bene instituēdis magistri & docto
 res praeessent: constituit. Exercitu uero interim bene recreato: Susis discessit: traiecto
 q; Tigri flumine ad pagos: qui Cari dicūtur: castra posuit: ubi quatuor moratus dies
 in Sambana (id loci nomen) contendit: septē dies ad quietē hic exercitui dati sunt
 postea castris tertiis ad Celonas peruentum est: qua in gente tunc etiam Beotum p
 les supererat: ex his orta: quid de Xerxis exercitu ibi confederant. Hi igitur morum
 patriā etiam mnum memores duplici utuntur sermone: uno: qui sit indigenarum: alte
 ro: in quo plurima referant grāca uerba. Instituta itidē quādā rerū agendarū an

Pothynice

Glycera

Harpali
mors.
Exuxū resti
tutio.Audacia
Alex. in se
ditiosos
mil.

Annus. X.

Mixtus ex
ercitus ob:
sequentior.Cari.
Sambana.
Celones.

DIODORI

tiqua retinet. Expectauit Alexander uespertinum crepusculum: tuncq; eo ex loco di
 scedens rectum iter declinauit: ac Bagistamen uiuendi loci causa ē pfectus. Ea regio
 amoenissima: & quæ diis etiā oblectandis idonea uideri queat: fructiferarum arborū
 cæterorumq; omniū: quæ usui & uoluptati esse possint: magnam habet copiā. Tran
 siit postea in terrā: quæ pascuorum ubertate armētis equorum innumeris alendis suf
 ficiebat. Dicebat olim pastionis gratiā equorū millia centum & sexaginta eo cogi
 fuisse solida. Sed tempore aduentus Alexandri sexaginta tantū millia numerata sūt.
 Ecbatana. Dierum triginta moram fecit in his locis. deinde dies septem progressus attigit Ecbatana: quæ sunt in Media ducentorum & quinquaginta stadiorum ambitum ea ha
 bere: & totius Mediæ regiam esse: factosq; ibi thesauros magnam pecuniæ uim ca
 pere prædicant. plusculum temporis in hac urbe fuit Alexander: militi quietem cōces
 sit: scænica dedit certamina: continenterq; potationibus inseruitum est. Tūc Hepha
 stio Regis amicus: cum largius se inuitallet: crapula correptus in morbum incidit: un
 de obiit mortem. Aggerime tulit Alexander casum hunc: defunctiq; cadauer Per
 dicæ: uti Babylona deferri curaret: tradidit amplissimo funere mortuum amicum se
 pelire habens in animo. **DVM** hæc ab alexandro aguntur: magni motus in Græ
 cia exorti sunt: nouisq; rebus pleriq; animum intenderūt: unde bellum: quod Lamia
 cum nuncuparunt: huiusmodi iniuriæ & ratione est conflatum. Cum Rex per litteras
 omnibus Asiæ præfectis imperasset: ut ab se milites mercenarios dimitterent: eoq;
 uti iussum erat factor per Asiam uniuersam externi homines militia soluti passim uia
 garentur: & necessitate cogente uictum sibi ex prædationibus & latrocinis con
 quirerent: contigit ut undiq; hi omnes ad Tænarōn laconix promontorium con
 uenirent. Perfidis etiam Satrapæ & Duces: qui Regem ueriti aufugerant: cum pecu
 nia & militum suorum manu eodem transmiserunt mari: omnesq; uires simul iunxe
 runt. Nouissime imperator Duxq; omniū ad sumptus est Leosthenes atheniēsis: uir
 magnitudine animi præstantissimus & Alexandro plurimum insensus. Is habito cō
 silio cum de belliratione differuisset: talenta quinquaginta stipendiis persoluendis:
 armorum autem in omnes usus magnum numerum obtinuit. Ad Ætolos: quibus &
 Alexandro male conueniebat: legatos misit: qui rogarent auxilia: & reliquis omni
 bus bello gerendo necessariis munifice intentus erat: quippe qui negotium magnum
 sibi imminere prospiceret. **IN**terea Alexander in Cossæos sibi parere detrectātes
 cum expedito mouit exercitu. Ea est gens summa prædita fortitudine: quæ Mediæ
 montem incolens loci difficultate & militari sua uirtute confisa nunquam externo
 principi se summittere uoluit: atq; a Persarum Regibus nulla ui ad obsequium com
 pelli potuerat: tuncq; magna fiducia Macedonum uires parui æstimabat. Igit Rex
 occupatis locis unde adiri poterant: ingressus in Cossæam terram ferme eam totam
 est populatus: frequenteq; manibus confectis semper uictor magnam barbarorum
 eadem fecit: ac longe plures uiuosprehendit. per quæ factum est: ut Cossæi tot ad
 uersis præliis & suorum magna captiuitate fracti seruitutem: recipiendorum suorum
 causa subire compulsi fuerunt. pax eis sub conditione imperata faciendi data est.
 eoq; modo Cossæi intra diē quadagesimum debellatis: & ubi difficultates loco
 rum poscebant oppidis extructis Alexander exercitum reduxit. **RO**mæ autem cō
 sulibus. L. Cornelio Lætulo: &. Q. Popilio illinc discedens castra Babylonē uersus
 mouit: paruis itineribus: ne nō exercitus reficeret: cōtendens: identidemq; intereun
 dum

Bagistamē

Ecbatana.

Motus
græciæ.

Leosthe
nes.

Expeditio
i Cossæos.

Annus. XI.

dū quiescens. L
 deralis sciētiæ
 ra p̄dicere cōsu
 His datū nego
 lone ei mortis
 se aut id discen
 quā docuerint
 gem de tali rem
 re. Nearcho un
 dicauit: utiq; R
 tionē audiens
 dem secū repu
 se in tempus al
 procul Babylō
 eū plures græc
 Hi resciscentes
 adeo differuer
 xime: quo utun
 pugnato Philo
 nissime a ciuib
 ptates conuert
 quidem anno
 mæ consules f
 pra centesimā.
 gai ad Alexand
 nas offerrent:
 rebantur mune
 tum nationes:
 erant ex Euro
 tumq; omniū i
 complurium ci
 mari adriatico i
 mum græcis co
 constituit quib
 mi expediti sun
 tū: quorū tractat
 Vltimus fuit loc
 nū: Delphi: Cor
 cognitionem &
 rali responsione
 mitterentur. stud
 brandum conue
 cunq; eiusmodi

dū quiescens. Distabat ab ipsa Babylone stadia trecēta. Cū Chaldæi: qui maxiam sy Chaldei
deralis sciētiæ opinionē habebāt: quod per æternā quādā cœlestiū obseruationē futu
ra p̄dicere cōsueuerint: suo numero seniores: qbusue plus erat experientia: elegerūt
His datū negociū: ut Alexādro irent nuntiātū: se nouisse ex diuinatiōe astroꝝ Baby
lone ei mortis periculū imminere: omniq; modo suaderent: ne urbē ingrederet: pos
se aut id discriminis euitari: si Beli sepulchro: quod a Persis dirutū fuerat: iustaurato uia:
quā docuerint ipsi: introeat in urbē. Princeps eius legationis erat Belephātes: qui Re
gem de tali re ine sorte detrimētū aliquod sibi inde accerferet: minime ausus cōpella
re. Nearchō uni ex amicis regiis: quo cū familiaritas ei intercedebat: negociū totū in
dicauit: utiq; Regi id palā faceret rogauit. Alexander a Nearchō Chaldæorū denūtia
tionē audiens territus est. Cumq; eorū hominū prudentiā & magnū nomen identi
dem secū reputaret: aīo plurimū frangebat. Igit̃ amicis pluribus in urbem missis: ip
se in tempus aliud profectiōē eam differre instituit: metatusq; castra stadiis ducētis
procul Babylone: morā ibi trahebat: nō sine oīum admiratione. Venerunt iterim ad Anaxarch⁹
eū plures græci homines: & præcipue qui Philosopho Anaxarcho operam dabāt
Hi resciscentes: qua causa Rex nō progredere: rationibus philosophiæ uariis acriter
adeo differuerunt: ut ille prorsus animū mutauerit: omneq; diuinationis genus & ma
xime: quo utuntur Chaldæi: damnandū iudicauerit. Ita Alexander animo undiq; op
pugnato Philosophorū uerbis persuasus Babylona cum exercitu intrauit. Vbi huma
nissime a ciuib; ueluti prius etiam factum fuerat: excepti sese oēs ad otium & uolu Annus XII.
prates conuerterunt: necessariorum rerum abundantia omni fariā suppetere. HOC
quidem anno res gestæ ita se habent: Sequenti: quo athenis ægesias iperauit: & Ro
mæ consules fuerunt. C. Popilius: & Papirius: actaq; est Olympias quattadecima su
pra centesimā. uictore Micina rhodio: Ex omnibus fere orbis terrarum partibus Le
gationes multæ ad Alexan.
gati ad Alexandrum uenerūt: aliqui ut ea: q̄ feliciter gessisset: gratularent: Alii ut coro
nas offerrent: nōnulli amicitia & societate eius petitori. A multis splendidissima affe
rebantur munera. Quidā etiā de obiectis criminibus se expurgatū uenerāt. Non tan
tum nationes: populi: principesq; Asiæ diuersi legationes miserant: Sed & pleræq;
erant ex Europa & Aphrica: hinc quidē Chartaginensium: Libophœnicum: gen
tiumq; omniū iuxta mare ad columnas usq; Herculis habitantiū: illinc autem græcæ
complurium ciuitatum: Macedonum: Illiriorum. Missæ etiā sunt ab his: qui uicina
mari adriatico incolunt: a Thraciæ gentibus: ac gallis conterminis: quæ gens tūc pri
mum græcis coepit innotescere. Alexander auditis omnium legatorum uoluntatib; Ordo re
spondendi
legatis
constituit quibus primum & deinceps per ordinem ab se respondendum esset. Pri
mi expediti sunt: qui sacrarū rerum causa uenerant. Secūdi: qui munera attulerāt: Ter
tii: quorū tractatio erat de obsidibus. Quartii: quibus de priuatis negociis agendum.
Ultimus fuit locus exulū restitutionem detrectantibus. Ante omnes autem Hāmo
nii: Delphi: Corynthii: Epidaurii & alii quidā ob dignitatē sacrorū: de quibus agebāt
cognitionem & responsum obrinuerunt: Cunctiq; in uniuersū legati benigna ac libe
rali responsione: quātum eorum negotia patiebant: uti læti: ac bene erga se affecti di
mitterentur. studuit. Legatorum re perfecta totus se ad Hephæstionis funus cele
brandum conuertit: tantaq; in eo diligentia est usus: ut non tantum prioris ætatis q̄s
cunq; eiusmodi funebres pompas superauerit: sed & posteris excedendi: quod ipse
Alex. affe
ctus erga
mortuum
Hephæstio
nem.

fecisset: facultatem nullam reliquerit. Illum sane tanto affectu dilexerat: ut eorum: quos amicitia iunctissimos fuisse fama prædicat: animi propensione nihil cesserit. post obitum autem nullo modo seruatō honorauit. Donec uixit Hephæstio ante amicos omnes semper a Rege æstimatus est: licet Craterus minus nihilo amaretur adeo: ut cum semel a quodam familiarium Craterum in Regis amicitia Hephæstione haud minorem esse: dictum fuisset: Alexander responderit: Craterum esse Philobasileas: id est amicum Regis: Hephæstionem Philalexandroid est Alexandri amicum. Darei sane mater cum in primo congressu ex ignorantia: Hephæstionem pro Alexandro salutasset: ac monita sese ad Regē cōuerteret: illud ei dixit Alexander: Nihil curæ habeas o mater: hic namq; etiam est Alexander. in oibus & potentia: & quod familiaritatis multæ esse solet: loquendi fiducia adeo utebat: ut Olympiade per inuidiam infensa ei: & litteris acerbis nōnunq; obloquente ac minante: non dubitauerit haud molliter ad eam rescribere: & in epistolæ sine illud apponere. In me calumnias moliri desinas: neq; amplius asperitate & minis me cū utare. Sin perseueraueris scito haud magnæ curæ mihi eam rem fore: cum (uti nouisti) Alexander æquitate omnibus præstet. Ad parandum itaq; tam cari hominis funus Alexander uicinas omnes ciuitates mouit: uti oibus: quibus possent: præsentē pompā iuuarent. Gentibus autē Asiæ omnib; imperauit: ignem: qui sacer a Persis dicit: extinguerent: donec funus esset absolutū. Id autē apud Persas tantūmodo in Regis obitu fieri solitū erat. Idcirco populi in malū omē regiā iussione traxerūt: ueluti Deus ita futurā Regis mortem significaret. Conspicerunt pariter ostenta alia quædam mira: quibus Alexandro uitæ finis est prænūtiatus: ut sepulchrali hoc honore explicato: a nobis narrabit: Duces & amici omnes Regis sui uolūtati inseruientes signa ex eborē: auro & materia alia præiosa fieri curarunt. Ipse autē architectos & diligentiores fabros multos cōquisiuit: ac primū mœnium stadia decem deiecit: lateresq; omnes colligi & exportari mandauit: quo locus ad pyrā extruendam æqualis relinqueret. Eā autē quadratā erexit: ac latus quoduis in stadii longitudinē produxit. Reliquā aream partitus est i domos triginta: quæ extructæ sunt cū tabularis e ligno palmæ arboris. Totius autē ædificii formam quadratam effici uoluit. deinde circumquaq; ornamenta applicabantur. Ad imam quidem partem posita sunt Quinq; remium aurea rostra ducenta quadraginta numero. in eorum prominentē utriq; affere: ut solet proris nauium. Sagittarii bini quatuor cubitorū magnitudinis genu innitebant. in medio quicq; cubitorū statua armata erant. Loca oīa intermedia tegebāt obductis uelis purpureis. In secūdo loco supra hæc erāt quædam cubitorū Lápades: q; circa partē: quæ manib; capite: adnexæ erāt corōæ aureæ: i fumo: ubi ignis excitat: Aglæ alas prætendebāt: ac deorsum uersus iuebant. ad infimā iacebāt dracones Aquilas & ipsi inspicientes. Tertiū superiorē locū: feratū omnium: quæ uenando capiunt: i gēs tenebat multitudo. Quartus locus habebat Cētauros pugnā factā ex auro: Quintus tauros & leones alternos aureos. Sup hæc oīa i Sexto ordine erāt ubiq; macedonica & barbarica arma: altera in uirtutis testimoniū: barbarica uirtutis gentium deuictarū darent significationem. Summū fastigiū tenebant Sirenes itrorius cauata: inquis conditi homines funebrem naxiam canerent. Totius operis altitudo credita est fuisse cubitorum plus centū triginta. Cumq; simul Duces: milites: legati: & indigenæ homines summo studio pompæ eius apparatus adiuuissent: impensa sunt talentorū millia plusquam duodeci. Ad magnificentia huius rationem reliqua omnia in funere summo cum splendore sunt celebrata. Nouissime imperatum: ut Hephæstioni

Craterus
philobasi
le.
Hephæstio
philalexan-
dros.

Ignis sacer

Magnus
apparatus
funeris
Hephæstio
nis.

XII. M. talē
torum ipen
sa in funus

phæstioni tāq; p
Babylona ueni
ciis adorando r
probari uideret
dinem ingente
bus autem mor
rem sese dederat
gium: cum sati u
Deusq; ipse & n
CVM enim
nal fuisset posita
stodum manu c
contendit: repe
ritate cōsedit. A
hominem: qui n
& cuius causa r
gi de hoc facto
to denuntiātū e
bus sacrū fecit
recordatus: Phi
stabat: arte rur
iudicabat: omni
differenti miris
Regni mutation
quæ erat ppe B
ceteris extracta
terim p anfract
pne pedetib; re
receptū illud: ut
der dies treis & t
to iteg: uates cō
& insignib; sacrifi
ex amicis regis u
recusaret. Ibi me
ebibisset: repete
sublatu adstātū
cubaret: diligēter
possent succurre
abiecit: detractūq;
queret: pstatissim
primog: ducū cart
gni sui anno duod
mea usq; ætatē fuer
gis hui; morte uid

phæstioni tāq̃ p̃sidi deo oēs sacrificarēt: forteq; tūc t̃pis Philippus un⁹ e regiis amicis Hephæstio
 Babylona ueniēs oraculū ab Hammone acceptum de Hephæstione: uti Deo sacrifi
 ciis adorando renuntiavit: quod plurimum Alexādro: cū sententiam suam a Deo cō
 probari uideret: placuit. Primus itaq; ipse sacrum fecit: liberaliterq; hominum multitu
 dinem ingentem suscepit: uarii generis uictimis ad decem millia mactatis. HOnori
 bus autem mortuo amico exolutis: Alexander ad remissionem animi ac uitam latio
 rem sese dederat: uidebaturq; potentia & felicitatis humanæ summum attigisse fasti
 gium: cum fati uiolentia temporis: quod eius uitæ natura cōcedebat: terminum iniecit:
 Deusq; ipse & miris ostentis: neq; dubii signis imminentem mortem demonstrauit.

Hephæstio
 ni uti Deo
 sacrificatū.

CVM enim Alexandro unctioni uacante regia uestis cum diademate super tribu
 nal fuisset posita: uir quidam indigena: qui uinctus tenebatur: rupis compedibus e cu
 stodem manu clam aufugit: ingressusq; aulam nullo in portis prohibente ad tribunal
 contendit: repertam uestem: & diadema induit: atq; ita ornatus cū summa animi secu
 ritate cōsedit. Audito hoc inusitato facinore: Alexāder ualde est territus: ueniensq; ad
 hominem: qui nihil commotus quietissime sedebat: eum interrogauit quisnam esset:
 & cuius causa rem talē fecisset: Illo simpliciter respondente se nihil scire: uisum est Re
 gi de hoc facto ad uates referre: quorū cōsilio hoīem iterfecit: ut siquid aduersi eo ostē
 to denuntiātū esset: in illius caput effunderet: Alexāder uestē recipiēs: Diis depulso
 bus sacrū fecit: nō sine magna animi tristitia. Et Chaldaeorum admonitionis identidē
 recordatus: Philosophos: qui sibi aduentū Babylonem in animum induxissent: dete
 stabat: artē rursus & sapientiam magnam Chaldeorum admiratione & cultu dignā
 iudicabat: omninoq; cuius contra uim fati argumentis & copiosis disputationibus
 differenti mirifice insensus erat: & obloquebat. Haud multo post hæc signū aliud ad
 Regni mutationē pertinens diuinitus editū est. Correptus cupidine uisendi paludē:
 quæ erat ppe Babylonē: ingressusq; naues cū amicis nauigare icepar: Ibi regia nauis a
 cæteris extracta coact⁹ est aliquot dies solus uagari adeo: ut salutē qñq; despoderit. In
 terim p anfract⁹ quosdā difficiles & multis ipeditos arborib⁹ dū p̃gredit⁹: a ramis su
 pne p̃dētib⁹ retētū Diadema deīde in aquā cecidit. Tūc e remigū nūero un⁹ adnatās
 receptū illud: ut securi⁹ ferret: capiti suo iposuit: atq; ad nauē uenit. Errauit ita Alexan
 der dies treis & totidē noctes. Liberat⁹ igit⁹ a piculo: & Diademate p̃ter spem recupa
 to: iteq; uates cōsuluit qd nā de eo: qd sibi euenerat: cēserēt. Illi monuerant ut magnis
 & insignib⁹ sacrificiis Deos sibi p̃pitios redderet. Tūc t̃pis Medi⁹ qdā thessal⁹ unus
 ex amicis regiis: uehemēter eū rogauit: uti ad geniale cōuiuīū: qd celebrabat: uenire nō
 recusaret. Ibi mero multo se oneravit. nouissime cū repletū magnū Herculis poculum
 ebibisset: rep̃te ueluti fortissimo ictu uerberat⁹: & clamorē & suspiratū ig̃erē edidit.
 sublatus adstātū amicorū manib⁹ illinc discessit: statimq; adhibiti medici fecerunt uti
 cubaret: diligēterq; ei adsidebāt. Morbo aut̃ iualescēte: cum medici nullo remedio ei
 possent succurrere: doloresq; acutissimi & ueluti cruciat⁹ eū torquerent: uitæ oēm spē
 abiecit: detractūq; e digito anulū Perdiccæ tradidit. Amicis rogātib⁹ cui Imperiū reli
 queret: p̃stātissime respōdit: atq; hac nouissima uoce illud nimis significauit: magno
 primorū ducū cartamiē sibi iri parētātū. Eo: quē dixim⁹: mō Alexāder est mortu⁹. Re
 gni sui anno duodecimo: mēse septio: maximis reb⁹ gestis: ut Regū: q̃ añ eū: postq; ad
 meā usq; ætatē fuerūt: nullus ei cōparari possit. Sed qm̃ scriptores aliq in tradēda Re
 gis hui⁹ morte uident⁹ discrepare: ueneno interēptū dicētes: op̃æpretiū fuerit & eorū

Signa Ale
 xan. mortē
 denūtiātia.

Diis depulso
 res.
 Vim fati re
 darguentes
 odorat Ale
 xan.

Medius.

Herculis
 poculum.

Præstātissi.
 imperium
 linquo.

Alex. obit⁹

Opinio al
tera d' mor
te Alexan.

Sisyngam
bris mors
præ dolore

opinionē non prætermittere. Aiunt igit' Antipatrum: quem in Europa Ducē Alexā
der reliquerat: uenisse in magnas cōtrouersias cū Regis matre Olympiade: ac primo:
quod Alexādrū expostulationibus de se fidē nō adhibere nouerat: sceminā contēptui
habuisse: postmodum auctis indies magis similitudinibus Alexandrū: ex pietatis officio
cum matri in omnibus gratificari cuperet: pleraq; signa alienati ab antipatro animi de
disse: accessisse crudelem Parmenionis & Philotæ necem: ex qua amicis omnibus re
giis nō mediocri iniectus sit terror: Antipatrum idcirco per filium: qui erat a cyathis:
curasse uti Regi uenēnū porrigeretur. post cuius obitum cum in Europa ipse iperū te
nuisset: & deinceps eo mortuo fili⁹ Cassander: nō ausus est scriptor ueneni dati men
tionē facere: Illud sane ex his: quæ facta sunt: cōstare Cassandrū reb⁹ Alexādrī aduer
sum fuisse: cū Olympiadē interfectā abici: ne sepeliret: iusserit: & euerfas ab illo The
bas magna diligētia instaurauerit. Mortuo Alexādro Sisyngābris Darei mater: cum
multū & illius obitū: & suā calamitatē: quod tāto præsidio in extremo uitæ fuisset pri
uata: defleret: intra diē septimū uita functa est: in summa quidē tristitia: sed non citra
laudē extincta. Nos uero ad alexādrī mortē progressi: ueluti initio libri p'miseramus:
sequentibus libris successorū eius res narrabimus.

FINIS.

ANGELVS COSPVS IACOBO BANNISSO ASE
CRETIS MAXIMILIANI CÆSARIS. S.P.D.



ESSET tibi merito nobiscū expostulādi loc⁹: qd̄ anno pxio: cū dies plu
sculos in hac urbe morat⁹ fueris. nullā familiaritatis simul cōtrahēdæ cu
rā habuerim: nō ignorās: quāto emolumēto & honori ea mihi eē posset
amicitia. Quid enī decoꝝ & cōmodū magis: quā uito oī humanitate &
sūma eloquētia ornato: prudētiæ aut tātæ: ut Princeps sapiētiss. multos
iā annos secretioꝝ curarū suarū participē eē uoluerit: pbatum & eharū haberi? Nō tue
bor cām meā secus: q̄ res se hēat. Fuit Cæsar: Regū: Ducū: Antistitū & alioꝝ pcerū
insignis adeo cōuētus ille: ut plixiori lōge tēpore his solis: quæ p̄cipua erāt: cognoscē
dis op⁹ fuerit. Cū itaq; aliq̄ itrospicere: pluria ommittere necessariū mihi eē uiderē: se
ci: qd̄ pleriq; oēs: speciosa & sūcata ueris honestisq; p̄tuli. Neq; id p̄sus sine rōne cō
tigit: q̄nquidē facili⁹ apud uirū bonū: quā cū ambizioso excusari possum⁹. Tu æqui bo
niq; cōsules negligētiā nostrā p̄cipue: cū munere (ut reor) nō īgrato eā redimere sim
paratus. Libris duob⁹ de Alexādro & Philippo adiunxi uitā magni Alexādrī uersam
ex Io. Monacho: qd̄ Diodorus ea tm̄: quæ Regni tpe & Illustriora Rex ille gesserit:
narrat: sint aut in primis annis: atq; extra rē bellicā nō pauca ei⁹ memoratu digna: quæ
sūmo cū delectu Monachus (uti uitā scribētē decuit) nō p̄teriiuit. Innumera pene res
in cōpendiū hic ab eo scriptore collectæ sunt: ut qd̄ Phauorinus de Lysia: id nos de
Monacho nō incōmode possimus dicere. Si uerbū de eius orōne amoueris: sentētiā
imminues. Tibi uero libellū hūc dicauim⁹: uti amicitia inita pign⁹: Legētib⁹ meæ er
ga te obseruatia sit testimoniū: Rerum autem: quas multas legisti & expertus es: me
moriā uel imaginē: citra tēporis detrimētū: tibi subministret. Partes tuæ erūt mun⁹ ex
autore non interprete pretiosissimū libēter suscipere: existimareq; animū meum: cuius
fructum hunc in p̄sens accipis: tibi esse deuinctum maxime. Vale.



ita impactan
Aristander su
gna non affi
nasceret. E
qui forte ader
diem eū pepe
cipue in pect
quod nimirū
uens humida
batur. Dedit
suū interrogat
peret: Certe i
infignem qua
rat: subtristis a
ter nauandi uo
mationis talen
piam: aut etiam
inquit Alexand
tus pater ei dixi
equum hunc tra
tra Solem fecit
sternari animad
progressusq; len
spicientibus inie
lippo erant accla
secutus. eumq; d
enim Macedoni
audiens: cæterum
prorum ualde ad

ALEXANDRI REGIS VITA EX LIBRIS HISTORIARVM IOANNIS MONACHI VERSA IN LATINAM LINGVAM AB ANGELO COSPO BONONIENSI.



HILIPPI MACEDONIAE REGIS EX

Olympiade uxore filius fuit Alexander: licet fabuloso quodam commento traditum sit a nonnullis Hammones: (ita Iouem nuncupant) qui sub serpentis specie cum matre consuetudinem habuerit: eum genitum fuisse: quod totum procul est a ueritate. Olympias sane priori nocte: quae cum Philippo rem haberet: in quiete existimauit fulmen in uterum suum decidere: unde ignis excitatus: & circumquaque diffusus sit: iam uero inito matrimonio Philippus per somnium sibi est usus notam uxoris uentri imprimere: reddidisseque

ita impactam Leonis effigiem. Id ipsum uates alii aliorum interpretando trahebant. Aristander futuram mulieris partionem illud dixit portendere: quod inanibus rebus signa non affigerentur: animi autem ingentis ac leonina natura ipsum fore puerum: qui nasceretur. Eo die est ortus: quo Dianae templum incendio conflagrauit. Tunc magi qui forte aderant in eo aedis casus: discurrentes cladem & graue infortunium toti Asiae diem eum peperisse dictabant. Erat Alexandro color albus rubro tamen suffusus praecipue in pectore & uultu. E membris atque ore suauis quaedam reddebatur fragrantia: quod nimirum de caliditate ipsa pueniebat: quae praeditum corpus: & ignis instar feruens humida omnia absolvebat: neque putridum aliquid ad superiora redundare patiebatur. Dedit autem a primis annis nonnulla constantis ingenii indicia. Celer enim cursum interrogatus a quibusdam num decertandi in Olympico stadio conditionem acciperet: Certe inquit: si cum Regibus mihi certamen ineundum fuerit. Si quando uero insignem quampiam urbem captam a patre: aut in praelio eum uictorem fuisse audierat: subtristis aequalibus suis dicebat: Nullam (ut uideo) occasionem mihi reliquet pater nauandi uobiscum illustre aliquod facinus. Cumque Philippo equus Bucephalas astimationis talentorum tredecim adductus fuisset: neque Rege inspiciente sessorem quaequam: aut etiam uocem pati uoluisset: ac propterea inutilis prorsus iudicaretur: qualem inquit Alexander equum: eum eo uti nesciant: isti reiiciendum arbitrantur. Commotus pater ei dixit. Ecquid tu illo uti posses? Is respondit. Commodius utique: quam hi faciant: equum hunc tractauerim: accedensque habenas manu comprehendit: atque equum contra Solem fecit consistere: quod eum ex umbræ motu: quæ oculis obuersabatur: consternari animaduertat. Tunc demulcto paululum animati saltum arripens insedit. progressusque leni passu non nihil in cursum eum concitauit: quæ res solitudinem insipientibus iniecit. Sed postquam audacter & cum gaudio cœuerti uisus est: qui cum Philippo erant acclamationibus: At Philippus lachrymis præ læticia effusus filium est prosecutus. eumque deosculans Idoneum inquit: & tibi compar Regnum fili inuenias. non enim Macedonia tui est capax. Erat Alexandri ingenium iussis & præceptis parum audiens: cæterum: si rationes & apti ad persuadendum sermones adhiberentur: primum ualde ad assentiendum. Operam dedit Aristoteli non tantum in moralibus

Magorum
prædictio.

Decertare
Olympiis
sed cum
Regibus.

Bucephalas.

Prudentia
Alexan.

Macedonia
tui non est
capax.

& ciuilibus studiis: Sed & secretioribus disciplinis: quas paucis impertiebantur: uocabantq; spectatiuas atq; auscultatorias. Circúferunt eius litteræ ad Aristotelē. Haud recte fecisti: cum auscultatorios libros edideris. quia enim re aliis præstabimus: si qbus disciplinis instituti fuimus: iam omnibus ex sint factæ cōmunes? Rescripsit ille edidisse se se & non edidisse: quod licet palam essent: obscuritatis tamen plurimum haberent: ut difficulter percipi possent. In Medicina non tantum: quæ speculationis sunt: sed & quæ in actu ipso uersantur attigit. Iam uero annos sexdecim natus: cū pleraq; prudentiæ & fortitudinis experimenta edidisset: a patre uehementer diligebatur. Sed cū præter ætatē amoribus indulgeret Philippus: proptereaq; zelotypia & summa indignatio ureret Olympiadem: Alexāder graues cum patre suscepit altercationes: Anno demum ætatis uicesimo successit in Regnū Macedoniæ: post parētis obitum interēpti a Pausania. Et cum initio tumultus undiq; contra eum exorti essent: audacia & animi constantia incredibili citissime motus omnes compressit. Urbem Thebas & cepit & euerit. Athenienses pace data sibi conciliauit. Quo tempore Timocleam Thebanā insignē sceminam Thracius quidam Dux illata ui dicitur cōstuprasse: cūq; post id eā posceret pecuniam: solus a muliere ad puteum seductus fuisse: in quo diceret pretiosiora rerum suarum occultari. Ducem igitur super os putei spectandi causa: declinatū illa in profundum detruxit: superneq; iniectis lapidibus oppressit. ob id facinus adductū ad se in uinculis sceminam percunctatus est Alexander: quæ nā esset? Ea imperterrita Theagenis inquit sum soror: qui cōtra Philippum electus imperator: fortiter pugnas pro Græciæ libertate occubuit. Magnanimitatem mulieris & cōstantiam admiratus Alexander liberam eam cum filiis dimisit. profectus autem ad Sinopēsem Diogenē: qui prope Corynthus degebat: eum se in sole fouentem inuenit: atq; hominem salutatum rogauit: num rei cuiuspiam indigeret? Ille se Solis radio dixit indigere: prōinde orauit: uti secederet: quo melius eo frui posset. Discedente illinc Alexandro. Comites eius Diogenem irridebāt. At ipse illius contēptorem animū nō sine magna admiratio ne secū cogitans: Nisi essem inq; Alexāder: Diogenes omnino essem. Inita expeditio ne cōtra Persas prius: q; classē cōscēderet: amicis: huic quidē agros: alteri pagū: aliis uectigalia est dilargitus. Tunc Perdiccæ interrogāt: quid nam sibi retineret: spem respōdit Alexander. transgressus Hellespōtum: inuenit Darei præfectos cum ualidis copiis cōsedisse ad flumen Granicum ut transitu eū prohiberēt. Macedones nō mediocri timore sunt correpti: ex fluminis altitudine: ac rapiditate: & super hæc ex imposito hostium præsidio. Verum ipse acceptis Alis tredecim equitum: in fluuium ipsum irruit: cum eo: cum hostibus atq; ipsis ripis: quæ & altæ & præcipientes erant: decertaturus: ut furiosi potius q; boni imperatoris facinus illud fuisse uideatur. Igitur in ipso traiectu: nō dispositis ordinibus. pugnare est coactus: ac multis eum petentibus: quod armis insignibus erat conspicuus: sæpius quidem est ictus: non tamen uulneratus. Inter alios cum gladio quidam eum grauitè in Galeam percussisset: adeo uis illa ualuit: ut dissecta galea capilli eius perstrikti fuerint. Dū ita acriter plio cōtēdit: macedonica copix aqua trāsmiserūt: neq; amplius Persæ resistētes sese in fugā cōiecerunt. Ab hac pugna magnū felicitatis incremētū factū est reb; Alexātri. Sardeis. n. ptinus: ac alia quædā obunuit. Deinde ad maritima cōuersus recepit Pamphiliā: Ciliciā: Pisidiā: Phrygiam. Paphlagonas etiam Cappadocasq; in ius suum traxit. Dareus uero Susis cum millibus hominum sexcentis discessit contra Alexandrum: copiarum suarum multitudini

Alex. epist.

Mulieris
cōstātia.
Diogenes.Nisi essem
Alex. Dio
genes essezSpem reti
neo mihi.Furiosum
facinus.Victoria ad
granicum.

multitudini p
licia audiuerat
agrotation: in
Philippus me
litteræ Rege
ruptum fuisse
stratas penes
pidus Alexan
ille quidem bi
hilari uultu Ph
reus in Alex
do: qui trans
fugiet: sed iam
sum Ciliciæ: V
mentor: Sed
dum inter pri
haud potuit
stium castris d
gio intactum
lias adducit: ac
rupisse Alexan
fortunæ incon
uiuere: eisq; tri
cum eo de prin
retinuit: neq; p
sit. Potius uic
torumq; uim
cepta: per ded
paruerunt. Vi
cies altera oste
naretur fugien
ita expositum e
magnam Syria
uit. Superata a
bē: quā de suo n
nex uir quidā H
Insula quin etia
Ægypto præter
Experrectus igit
tus urbē ibi cōdi
re adamasset: illu
architectū. Sus
arenosam: & aqu
uiæ difficultatem

multitudini præfusus: atque audentior factus postea: quæ Alexandrū moram trahere in Cilicia audiuerat. Id quod ipse ob timiditatē fieri existimabat. Sed eius rei causa fuerat ægrotatio: in qua curāda eum spem omnem reliqui medici abieciissent: unus acarnan Philippus medicamentis Alexandrū iuuare est aggressus. Interim a Parmenione missæ litteræ Regem cōmonebāt: magnis muneribus & promissis Philippum a Dareo corruptum fuisse: uti eum interimeret. Redditas litteras Alexander legit: nec alicui monstratas penes se retinuit. Cūq; Philippus medicatam potionem in calice attulisset: itrepidus Alexander eā recepit: & Parmenionis epistolam medico legendam dedit. atq; ille quidem bibens: hic autem legens: alter alterum intuebatur: Alexander ameno ac hilari uultu Philippus cōster: nato ac pleno anxietatis. Properabat summo studio Dareus in Alexandrum ueritus (ut dicebat) ne hostes effugerent. Tūc Amyntas macedo: qui transfuga apud eum erat: Bono animo sis inquit o Rex. non enim Alexander fugiet: sed iam iā cōtra te: quantum potest: contendit. Commissum est prælium ad Issum Ciliciæ: Vbi Alexandro ad uictoriam obtinendam locorū angustia magno adiumento: Sed maiori longe fuit egregia uirtus sua imperatoria: qua prudētissime usus: dum inter primos dimicat: gladio femur est uulneratus. Ab hac tam insigni uictoria haud potuit Dareū fugiētē capere: sed currum & arcum eius recepit. Macedones hostium castris direptis: Darei tabernaculū cum famulatus opibus & omni apparatu regio intactum Alexandro seruarunt. DEinceps cum matrē uxorem: & duas Darei filias adduci: ac uiso Darei arcu in maximos ululatus eas interfecit: Dareum ratas prorupisse Alexandro significatum esset: ad eum nuntiū Rex animo affectus: quāta esset fortunæ inconstantia: secū reputauit: ac quēdā ad mulieres misit: qui diceret Dareum uiuere: eisq; triste nihil timēdum esse: quādoquidē nō hostis loco Dareū habebat: sed eum eo de principatu contendebat. Seruierum numerum: qui prius erat: integrū eis retinuit: neq; ipsas uoluit cōspicere. Indignū aliquid aut pati aut uereri eas non permisit. Potitus uictoria ad Issum Damascū: in qua Dareus & Persæ pecuniæ impedimentorumq; uim magnam reliquerant: Cyprum deinde ac Phœniciam totam Tyro excepta per deditionē obtinuit. Tyros expugnata est: Vbi occupato ei somnia duo apparuerunt. Visus est primo Hercules appellans eū de moenibus manu suscipere. Species altera ostendebat Satyrum ei adludentem: quem cū manibus apprehendere cōnaretur fugientem: ultro tandem in ipsius manus profectum reciperet. Somniū hoc ita expositum est: ut facta nominis diuisione diceretur: Sa. i. tua Tyrus erit. Inde cum magnam Syriæ urbem Gazam inuasisset: lapide humerum percussus eam expugnauit. Superata autem Aegypto tactus est desyderio extruendi in regione ea Græcā urbē: quā de suo nūcuparet noīe. Iāq; locum designauerat: cum dormiēt ei canus & senex uir quidā Homero consimilis adstare: & uersus hosce recitare existimatus est. Insula quin etiam undoso iacet æquore ponti Aegypto prætenta: Pharon quam nomine dicunt. Experrectus igit cōfestim ad Pharon uisendā cōtēdit: lociq; opportuno situ delectatus urbē ibi cōdidit: aggereq; insulā cōtinētī iūxit: cuius positū aptissimū cū summo opere adamasset: illud dixisse tradit. Homē in rebus aliis magnū: insupq; sapiētē fuisse architectū. Suscepto uero itinere ad templum Hammonis intrauit in terram quandā arenosam: & aquæ egentē. Ibi felicitas illa: quæ in rebus omnibus ei obsequens erat: uix difficultatem mitigauit. oborta siquidē ingenti pluuia sitis periculum depulsum: obsequens

Fidei præstitæ exemplum

Victoria ad Issum.

Alexan. clementia.

Somnia

Species

Homēi Pharos.

Homē sapiens architectus.

Felicitas ubiq; Alex. obsequens

Corul.

Padios.

Scomma
Olympia
dis i Alexā.Alexā. ma
ior continē
tia q̄ fortitu
do.
Darei uotūVictoriam
furari nolu
mus.

& madefacta arena: uti coacta resideret: aer temperatior redditus est: Turbatis etiam semitæ indicis cū duces aberrarent: superuolantes corui ad rectum iter eos duxerūt: & si qui e numero comitum tardius euntes derelicti fuerant: ut noctis aduentu impedirentur: eos quo contendere deberent: crocitu comonuerunt. Emenso ita Alexandro uarias itineris difficultates: ac delubrum Hammonis ingredienti occurrit sacerdos: qui græco sermone Regē alloqui cupiens: barbære extremum uerbum enuntiavit: dicturus enim pædion id est filiule: perperā pædios ptulit: quod Iouis filiū significat. atq; hic error opinionē eā multis indidit Alexandrū Deo genitum fuisse: cum rumoribus illud passim iactaretur: eū a sacerdote filium Iouis esse nuncupatū: Ipseq; iter barbaros diuinā originē præferebat a deo: ut mater Olympias dicere cōsueuerit. Haud cessabit Alexāder me lunoni per calumniā deferre? Temperabat sibi tamē ab eiusmodi ostentatione cū græcis hoibus: & aliquādo sauciatus: cū sanguis fluere de uulnere: huiusmodi inquit cruor nō mittitur e Deorum immortalium corporibus. Cum uero Dareus ei talenta decem millia in suorum redemptionem: in superq; eas oēs terras: quæ intra Euphratē essent: & filiarum alterā in matrimoniū cū amicitia sua per litteras offerret: Parmenio. Si ego inquit essem Alexander ea acciperem: ille addidit per Iouem & ego: si essem Parmenio. Dareoq; si ad se ueniret: nihil humanitatis ei denegatū iri rescripsit. Eunuchus quispiā uxoris Darei aufugerat: incolumisq; ad dominū pueniēs: de Regi nā morte: quæ ex partu obierat: eū certiorē reddidit: qui in luctū uersus: uxoris sortē: quæ non tātum captiua: sed & regio funere fuisset priuata coepit lamentari. huic Spardo non inde inquit anxius sis: quoad enim uixit ea: tuaq; mater & liberi incommodū nullum sunt perpeffi: ac moriens proxime domina summo cū honore est sepulta: neq; in eo officio hostiū caruit lachrymis. Ad hæc Eunuchi uerba Dareus obscenum aliquid ueritus: hominem seduxit: & sibi uti diceret: num Alexandri erga uxorem suā affectus quispiam uenerius fuisset: iureiurando obstrinxit. qua enim ratione alia inimicū & iuuenem uirum mulieri honoris tantum impendere potuisset? Ille meliora inquit o Domine loquaris: neq; uxorem tuā probro eiusmodi deturpes: ac ipsi Alexandro calumniam impingas: qui certe plus continentia in persicas mulieres: quam fortitudinis contra uiros persas præstitit. modestiaque & uirtutibus aliis Alexandri expositis: iuramento quæ dixerat confirmauit. Ibi Dareus: uti sibi facultas remunerandi hostem pro tot acceptis erga suos beneficiis concederetur: quod si non posset: ne alius: quā Alexāder Cyri solio potiretur: precibus a Diis optauit. Iam uero omni eo tractu: qui est intra Euphratē: positus Alexander castra mouit contra Dareum: cuius copiarum erant decies centum millium hominum: cumq; alteri alteris in conspectum uenissent: superueniente nocte: quicquid spatii erat inter bina castra lucebat ob ignes innumeros barbarorum: ac mirificus tumultus ex tanto hominum numero sentiebatur: proinde Parmenio & alii regii amici ea multitudine perterriti Alexandro consulebant: uti noctu in Barbaros inuaderet: haud enim: si aperto Marte comminus pugnandum foret: tanti exercitus uim sustineri posse. His Alexander respondit sibi non esse in animo uictoriam furari. ac sequenti die prælio commissio ad Arbela: ut quidam: ut uero alii sentiūt: ad Gaugamela. Barbari pedem coeperunt referre: instantesq; Macedones eos urgebant. Tunc Alexander uiso Dareo: qui in eminentiori curru fortissime resistebat: & qui tesq; plurimos & insignibus armis instructos circū se habebat: in eā partem fugiētes Persas compellere instituit a deo: ut qui firmo gradu pugnam sustinebant: perturbatis atq;

recuso: quin
eorum: quæ
do atq; decer
multis muner
uit. Data uer
dorum fortit
gestis notam
te India regn
explebat: eum
haberi debere
ud diceret: on
sub præfecti a
tis. In hac pu
grandior natu
quempiam an
decertassent:
luerunt. Flum
narum centum
cum nunquam
non traiceret
lites maximo c
ruit: exstructaq;
flumina nauiga
los: quæ gens l
tur. primus nar
ingruentibus &
suque rectus co
cum eum duos
missilibus eos e
arcu missa Alex
uulnus penetra
ictum intulerat:
defendere cona
perstitit in pug
iam multis sauci
fuisset: muro sese
ti superuenerant
castra. Infixa ossi
passus est a deo: u
tum temporis cu
re desiderantibu
tus: & in ulteriora
quibusdam: cū eis
ab se muneribus

recuso: quin beneficiis te prosequar: Sin inferior: paratus sum uti gratias tibi agam
 eorum: quæ in me contuleris. Hisce permulctus alexander tecum respondit conten
 do atq; decerto de ipsis gratias: ne: cum sis bonus melior me fuisse uidearis: acceptisq;
 multis muneribus plura longe reddidit. nouissime mille talentum pecuniam ei dona
 uit. Data uero ciuitati cuidam Indiæ pace: abeunt res illic mercennarios milites: qui In
 dorum fortissimi existimabantur: omnes interemit: quæ res magnis eius rebus belli
 gestis notam quandam iussit. Deinde motis contra Porum castris: qui & ipse in par
 te Indiæ regnabat: ac corpore cubitorum quattuor & palmi unius magnitudinem
 explebat: eum superauit atq; uiuum cepit: cumq; interrogasset quonam modo ab se
 haberi deberet. Respondit ille Regie: percunctanteq; Alexandro num quidpiam ali
 ud diceret: omnia dixit Porus insunt uerbo huic Regie. Eum itaq; liberauit: iussitq;
 sub præfecti appellatione uti imperaret nō iis tantum: quæ habuerat: sed & aliis mul
 tis. In hac pugna Bucephalas uulneratus post aliquot dies decessit: cum iam esset
 grandior nature: atq; res non minori dolore Alexandrum affecit: quam si necessarium
 quempiam amisisset. Experti uero Macedones quanto cum periculo aduersus Porū
 decertassent: Alexandro fluuium Gangem transire deliberanti audientes esse no
 luerunt. Fluminis eius latitudo stadia duo & triginta perficit: altitudinis autem est ul
 narum centum. Rex inde plurimum commotus intra tabernaculum: ut in publi
 cum nunquam prodiret: se continebat: perinde ac si uictus fuisset: quod Gangem
 non traiceret: haberi existimans. Amici tunc eum uariis sermonibus solari: ac mi
 lites maximo cum fletu deprecari cœperunt: donec exoratus copias reducere insti
 tuit: exstructaque nauium ac rarium ui magna Oceanum inuiscere cupiens: eo per
 flumina nauigationē iniuit: obiter ue urbes nōnullas occupauit. peruenerat ad Mal
 los: quæ gens Indorum omnium est bellicosissima: ibi parum absuit quin interimere
 tur. primus nanque per scalam murum inscendes: ea diffracta: ac hostibus undiq; ei
 ingruentibus & tela conicientibus: ex superiori loco in medium hostium desiluit: ca
 suque rectus constitit. Ad eius rei aspectum barbari initio perturbati sunt: sed postea
 cum eum duosq; tantum adiutores ibi esse conspicerent: conuersi oppugnare: ac
 missilibus eos eminus conficere aggressi sunt. in his unus: qui procul stabat: sagitta
 arcu missa Alexandrum petens: ossibus sub mamilla eam infixit: adeoq; itrorum
 uulnus penetrauit: ut se demisso corpore inclinare Rex coactus fuerit. Barbarus: qui
 ictum intulerat: ense stricto adcurrit: Peucestas atq; Lemnæus: cum Regem suum
 defendere conarentur: uulnerati ambo: hic quidem est interfectus: Peucestas uero
 perstitit in pugna. Alexander suis manibus eum: a quo ictus fuerat: interemit: sed cū
 iam multis sauciatus uulneribus. nouissime inflicto malleo in ceruice grauitè cæsus
 fuisset: muro sese acclinauit: atq; ita barbaros intuebatur. Interea Macedones mul
 ti superuenerant: qui eum sensibus destitutum ui receperunt: rettuleruntque in
 castra. Infixa ossi sagitta cum extraheretur dolores acutissimos: ac animi defectum
 passus est adeo: ut mortem obisse creditus sit: Tandem periculo liberatus cū i mul
 tum temporis curaretur: factus est in castris tumultus a militibus Regem suum uide
 re desyderantibus. Igitur in publicum prodiuit: posteaq; ualitudini pristinæ reddi
 tus: & in ulteriora deuectus loca urbes aliquot cepit. Captis uero gymnosophistis
 quibusdam: cū eis inexplicabiles quæstiones pposuisset: permisit tandē ut acceptis
 ab se muneribus discederent. Erat unus magne apud eos æstimationis: quem Cala

Taxilis
apophtheg
ma.

Omnia in
sunt uerbo
Regie.

Malli.

Summum
periculum
Alexan.

VITA

Exemplum
in signe

Abulitus

Cyri epis
taph.

num uocabat. huic Taxiles persuasit uti ad alexandrum se cōferret. Veniens proinde ad Regē bubulā pellē aridam in medium coniecit: obambulantē eius extrema pedibus premebat. pellis cū ad unam tantum parrem calcaretur: reliquis in altum atrollebatur. eo factō media deiceps firmus institit: at ita pellis undiq̃ immota congeuit. Tali exemplo Alexandrum ille cōmonuit: ne in longinquis locis tps tereretur: sed īperii medium tueretur: ita enim in eius finibus quietura omnia. Septem mensibus per flumina ad Oceanum nauigans Alexander cum in mare intrasset: iter rursus conuertit: nauibusq̃ Indiæ littori: quod eis erat ad dexteram: iussis adnauigare. terra ipse proficisci cōperat: cum in magnam rerum omnium indigentiam incidens suorum numerum magnum adeo perdidit: ut uix totius exercitus partem quartam ex india reducerit. idq̃ morbis: uictu noxio: aestibus ac fame accidit. transiit enim per regionem inopem: quæ paucos tantummodo ouium greges habebat marinis piscibus se alentes: ita: ut earum caro & parum salubris esset: ac grauiter oleret. die demū sexagesimo ex ea terra egressus in opulenta Gedrosiæ loca intrauit: ibiq̃ & exercitus refectus est: atq̃ ipse festis comestationibus operam dedit. Descendēs autem uersus mare in Duces quosdā scelestos animaduertit. superiores enī expeditiones acceptumq̃ apud Mallos uulnus: exercitus etiam multitudo tanta amissa: fecerūt ut Duces ac pfecti pleriq̃ Regis salutem despondētes contumeliose & iniquius in populos se gerere nō uerent: quæ res ad noua molienda nationes sollicitabat. AB Vlitus qui spīa præfactus in Regis aduentum nullos cōmeatus comperauerat: sed pecuniā trium milliū talentorum attulit: iussit eam Rex equis apponi: quibus idē nihil tāgētib⁹: qd hac nobis inquit est opus. AD Persas profectus cum Cyri sepulcrū suffossum inuenisset: eū qui id fecerat pellē in signem uirum interemit. Sepulchro hæc erant inscripta. O uir quisquis es & undecūq̃ aduenis: neq̃ enim te uenturum ignorauī. Ego sū Cyrus: qui Persis imperiū cōstitui: pusillum hoc terræ: quo meū tegit corp⁹: mihi ne inuideas. Ea legenti Alexādro miserationē iniecerūt cum secum reputaret: quanta esset rex humanorū īconstantia. Matrimonio autem sibi iungens Statiram Darei filiā in nuptiarum celebritate: conuiuis: qui ad nouem millia accepti sunt: singulo auream phialam donauit. aliaq̃ multa liberaliter faciēs: pro his: qui ære alieno obstricti erāt: debita fere decē milliū talentorum exoluit. Tunc Antigonus unus e Ducū numero se debitis teneri simulans falsum adduxit creditorē: cui argumentum est datum. Sed dolo deprehenso Rex successus Antigonom ex aula pepulit: ac militum præfectura spoliavit: qui tanto est correptus dolore: ut suspicio fuerit: eū sibi ipsi uelle mortem consciscere: quod ne accideret ueritus Alexāder indignationē suam leniit: ac pecuniam illi restituit. Cum uero adolescentes: quos triginta millia numero institui iusserat: fortitudine: dexteritate: atq̃ exercitationum consuetudine egregia præstarent: magno inde gaudio Alexander: Macedonū rursus aī nō mediocri afficiebātur molestia: Dimittenteque eo debiliores: & qui aliqua corporis parte māci erāt: uti māxi in patriam nauigarent: contumeliæ ac probro maximo id sibi uideri esse reclararunt: potius omnes mitteret iuuenibus: qui bene pyrihcam saltarent: contertus. Excauidit Alexander: atque coporis sui custodiam Persis credidit. Macedonas post id humiliter ei satī facientes denuo recepit. Eorum: quos bello parum utiles nouerat: bene donatos militia liberauit: Antipatroque per litteras iniunxit: ut cum ederentur certamina primus eis in theatro locus daretur: utque coronati ibi sederent. In Ecba-

tana

atq̃ eorū mag
cā frequentia
liens sceminā
casset: uti com
rasset. Per h
der Asia Rex
ta millia talent
nit. progress
rea adeptus si
portata fuerit
gueret: ipe
soleret: liberal
ipso i uictu est
cōparatione u
tibus se deder
lo animū remi
insuecebat: q
etis molestiss
ferebat initio
lationes sustin
sus in exorabil
do capitalē cā
sationis torius
persequi insti
gētā: plerosq̃
deferenteis ob
porrexerunt. A
haud uoluit bi
aīo frangeret
Dareum caper
in curru: iamq̃
obtulerat: hoc
hil possum rep
mā clemētiā
interdicendum
ei iniecit: regio
fuerat: illo mod
mum mitti iussit
diuersa auelleret
mare quod & ca
nuntiis minatus
occisum iri. Illi e
castra mouit: ubi
Medorum habi

atq; eorū magna pars loco cedere coacti fuerint. Multis igit iuxta Dareū interēptis
cū frequentia cadauerū regius currus quo quam impelli haud posset: Dareus eo defi-
liens scēminā eū iscedit: atq; ita aufugit: Ac nisi Parmenio insequētē Alexadrū reuo-
casset: uti cornu: cui præerat: laboranti subsidio ueniret: quī ca. peret: nullo pacto ui-
rasset. Per hāc isignē uictoriā Alexadrī Persarū iperū prorsus subuersū: ipseq; Alexā-
der Asiæ Rex ē declaratus: cui tota regio babylonica cessit. Susis aut potitus q̄ dragi-
ta millia talenta: signatæ pecuniæ aliarū ue opū inexplicabilē numerū in Regia inue-
nit. progressus uictor in Persidem tantū dē nūmorū ibi reperit: diuitiarū: quas præ-
rea adeptus sit: eam uī tradūt: ut mularū iugis decē millib⁹ & qnq; millib⁹ camelis ex-
portatæ fuerit. Incēdit post hāc Regiā ipsā: subitoq; pœnitētia affectus: uti ignis exti-
gueret: iperavit. Cūq; natura mūfic⁹ eēt: reb⁹ suis plurimū auctis: magis lōge: q̄ pri⁹
soleret: liberalitate utebat. A Nimia duertēs autē familiareis suos deliciis i dulgere: ac
ipso i uictu esse prælautos: modeste eis obloquebat. se inquiring admirari: qd facta
cōparatione uitæ Persarū ad eā q̄ ipsi duceret: nō haftenus nouisset. Seruile uolupra-
tibus se dedere: laboribus autē exerceri rem eē p̄cipib⁹ dignā. atq; ipse quidē nihi-
lo animū remittens semp in expeditione aliqua: aut uenando difficultatibus omnib⁹
insuescebat: quæ res amicis parta opulētia molliter frui cupientibus: & illum seq coa-
ctis molestissima faciebat: ut maledictis eū incessere nō uereretur. Sed enī æquo aīo
ferebat initio suorū obloquutiones. Regium esse dictitans benemerentem insinu-
lationes sustinere. Postea uero pluribus calumniis adeo est irritatus: ut insensū ac pr-
sus in exorabilem aduersus obrectatores se exhibuerit. Solebat etiam antea: si quan-
do capitalē cām cognoscere: manu aurē alterā obstruere: ueluti reo itactam atq; accu-
sationis totius expertē seruaturus. Adsumpserat secū tria millia armatorū. Dareumq;
persequi instituit: ac multorū dierū iter progressus: ob uix asperitatem & aquæ indi-
gētiā: plerosq; suorū ammisit. in ea profectioe cū macedonas quosdā aquā utribus
deferentis obuio habuisset: galeam illi aqua i pleuerūt: Regiq; nimia siti confecto
porrexerunt. Accepit alexander galeā comitesq; uno obtutu in se uersos consyderās
haud uoluit bibere: reddensq; galeā iis qui dederant. Si ego inquit biberē: quātum hi
aīo frangeretur: pergens tandē hostes assecutus est: inq; eorū castra irrumpens: uti
Dareum caperet oī studio cōtendebat. Ille autē multis uulneribus confossus iacebat
in curruiamq; deficiens quā poposcit: quā allatā postquā bibit: Polystrato: qui eam
obtulerat: hoc meæ infelicitatis inquit extremū est: quod bene habit⁹ tibi gratia: ni-
hil possum rependere. Verum id ipsum ab Alexadrō debes expectare. ei autē ob sū-
mā clemētiā: qua in matrē: uxorē & liberos meos usus est: Dii gratias referent: atq;
interdicendum animā efflauit. Mortuo cū Alexander superuenisset: chlamidē suam
ei iniecit: regioq; cultu ornatū cadauer ad matrē misit. Bessum qui eius necis autor
fuerat: illo modo discerpit. Reclinatis ui duabus arborib⁹ hominē alligari: eas de-
mum mitti iussit: uti ad naturalem statum ualido cum impetu redeunte utraq; ille in-
diuersa auelleret. Ingressus autem Hyrcaniā: cum barbari quidam iuxta hyrcanū
mare quod & caspiū dicitur: habitātes Bucephalam equum eius arripuisset: missis
nuntiis minatus est: nisi equum sibi remiserint: totam eorum gentem interfectione
occisum iri. Illi equum reduxerunt: atq; se ipsos Regi dediderunt. Hinc in Parthiam
castra mouit: ubi primum barbaricam uestem induit: adhibito temperamento: ut
Medorum habitu molliorem: Persarumq; magis uirilem adsumeret: cuius rei aspe-

K

Opes ma-
ximæ ex
Perside ad-
uectæ.

Seruile de
di uolupra-
tibus.

Regiū be-
ne meren-
tem male
audire
Obstruēta
aure altera
causas
audiebat
Alexan.

Alexan. hu-
manitas in
Dareum
mortuū.
Truculen-
ta mors

Mors bar-

Rhoxane.

Crateri &
Hephæstio
nis status
apud Alex.Cliti
mors

Aristander

Acuphis.

Atque Macedones non parua molestia affecti sunt. E captiuorum multitudine triginta millia omnes adollescentis selegit iussitque uti græcas litteras docerentur: & Macedonica instruerentur armatura: Rhoxanen uenustatis egregia scēminam cū adamarer: haud alias: quam legitimo instituto: eius consuetudine unū uoluit. Inter amicos regios cum Hephæstio nouum eius habitum ualde cōmendaret: ipseque itidem uestitū mutasset: eum Philalexandron. i. Alexandri amicum: Craterum autem: qui patriis uestimentis uti omnino perseueraret: Philobasilea. i. regis amicū uocirabat. atque hoc quidem si Macedones aut Græci alloquendi essent: illo autem in barbarorum negotiis utebatur. Philotam uero Parmenionis filium insolescentem ea opinione: tanquā rerum quas facilliter gessissent Macedones: ipse & pater autores fuissent: atque Alexandrum appellatione adollescentis eleuantem: cum præterea sibi insidias moliri percipisset: interfecit. ac missis quibusdam in Mediam Parmenionem: qui ibi erat occidit curauit: & Clitū unum ex amicis: cum poemata quædam in Duces quosdam a barbaris nuper superatos: fuissent decantata ac animo libenti ea Alexander audiuiisset: commotum indignatione: nimiaque procacitate & temulentia se efferentem: ac grauibus conuitiis ei obloquentem pōmo coniecto primum percussit: cumque ille impudenter per summā audaciam pueheretur: & Euripidis lambica enūtiasset. Heu quā mali nunc Græciæ mores nocent: Et reliqua: Ira inflammatus Alexander telo confossum eum interemit. Statim uero animo sedato poenitentia correptus sibi ipsi uim intulisset: nisi a stipatoribus retentus atque in cubiculum portatus fuisset: ibi noctem diemque sequentem totam in luctu transegit: ac nullo edito uerbo tanquam elinguis iacebat. tantummodo profundissimis suspiriis æstuans amicorum ad se accedentium sermones nullo pacto auscultare poterat. Tandem cum Aristander uates speciem quam de Clito uiderat: aliaque signa sibi cognita ei narrasset: docuissetque fato id ipsū quod fecerat: euenisse: leniri cœpit. Intraturus autem in Indiam: cum Sarcinis currus onerati fuissent: suis primo deinde amicorum ignem iniicit: postea macedonum omnium currus incendi iussit: quod ipsum pauci iniquius tulerunt: reliqui cum clamore & ueluti diuino afflati spiritu ad eam rem patranda exiluerunt: unde alacritatis multum Alexandro ad sumendam expeditionem additum est: Iam uero suis erat terribilis: & in eos qui deliquissent: absque aliqua clementiæ spe animaduertebat. Igitur in præliis committēdis frequenter pericula & graua sustinuit uulnera: magnusque militum numerus ex rerum necessariarum inopia & aeris intemperie perditus est. Ipse summa præditus audacia nihil audentibus inexpugnabile: nihil timidis tutum satis arbitrabatur. Cū præruptā quādam petram expugnare adortus esset: militem: cui Alexandro erat nomen: appellans te inquit ob eiusmodi nomen strenue dimicare opus est: Macedonas profundum fluiuium uerentes transire conspiciens: Cur ego inquit pessimus natum haud didici? Misi erant legati a ciuitatibus: quas pmebat obsidione. in his natu grandior Acuphis nomine: interrogauit quid nam agere deberent: quo ei gratificarentur. Cum alexander respondisset: principem te eligant: mitantque ad me optimos ceterum uiros: Addidit Acuphis ridens. comodius o Rex ego imperaui: si ad te nequissimos non optimos miserim. Imperabat Taxiles Indiæ parti uberrimæ iuxta ac amœnissimæ: quæ nihil ægypto ipsi cederet: Is sapientia præditus per legatos Alexandrum salutauit: quid ue ait nobis opus est bello: si nec aquæ neque necessarii cibi auferendi graua ad nos uenisti? in reliquis si ego potior sum nō recuso

T ANGELVS COSPVVS STVDIOSIS.S.P.D.

Postquam procul a dulci patria: atq; ipsis Italiae finibus uitam ducere nobis
 uisum est: nihil antiquius habuimus: q̃ doctrinarum studia ambitionis uitio
 intermissa repetere: ne quis existimet temere aut per ignauiam magis: q̃ con
 filio & melioris uitae optione: ea nos post habuisse: quae pleriq; omnes mortales nullo
 non periculo affectant. Et quoniam compertum est omne genus disciplinaru latinis
 a graecis ea sumpsisse conditione: ut ab archetypo plurimu deciderent: ac non tam ipsi
 docerent: q̃: unde plenius discendum esset: indicarent: omnem curam & animi inten
 tionem impendimus euoluendis graecae linguae exemplaribus: ut quadoq; a nobilissi
 mis oratoribus Cicerone & Plinio laudatum maxime studendi modum: interpretis ui
 delicet munus obituri: experiremur: qua in re plus multo laboris & discriminis: q̃ fa
 mae & comendationis suscipi licet certissimum habeam: nihilominus magnorum ui
 rorum exemplo ingenium in hac arena periclitati institui. Igitur cum libri aliquot Dio
 dori siculi in manus nostras uenerint beneficio Io. Cuspidiani: qui non hunc tantum: sed
 & alios plerosq; primi nominis scriptores graecos mihi: quoties cupio: candidissime im
 pertitur: selegi duos uarietate: remotioribus historiis & rerum magnitudine omnium
 pulcherrimos: in quis & ingenium & dicendi facultatem: si qua in me est: exercerem.
 Latinorum monumentis aut leuiter tractata: aut prorsus omissa sunt non pauca: quae
 primo libro describuntur: ut nouitatem ei lenocinaturum non dubitem. At quae libro
 altero continentur: uideantur forrasse eruditorum auribus inculcata: ex graeci Arriani
 & Latini Curtii Voluminibus: nisi multa a Diodoro obiter narrentur: quorum apud
 illos mirum sit silentium. Huius insuper fides certior: & autoritas maior haberi debet:
 quod eorum utriq; non paruo annorum praenit spatio. Subiuncta est Alexandri uita
 ex Io. Monachi libris: ut inde capi possit coniectura qua fide: ordine: delectu: & elega
 tia res Caesarum conscripserit: ac si qui nouitium hoc nostrum opus aspernandum non
 iudicarint: uberiolem & cognitu iucundam magis eius auctoris historiam latinitate a
 nobis donatam non multo post expectent.

T REGISTRVM.

AA A B C D E F G H I K.

T Omnes sunt terni praeter AA & K qui sunt duerni.

T Impressum Venetiis per Georgium de Rusconibus Medio
 lanensem. Anno Domini. M.D.XVIII. Die. XXII. Maii.

U. R. E. G. I. S. T. R. V. M.

AA AB BC CD DE EF GH I K.

tana deinceps
ctus inualefec
stissime cultu
bus deiici: di
uero Babylon
uerterat: et oco
ret consulebā
rēt: corui in e
est ei sacra de
uatem: qui sac
do ea res se ha
signum hoc m
euenerūt p dig
peracto ludo e
nihil loquebat
ad multum ter
spondit: gente
rit: Serapim eu
ret: ac tacitus s
fractusq; in de
hil non porten
sa se contulisse
& sitiens mult
opinio: de eius
hincq; adeo
defuncto R
itaq; iacent
obierit. Non
neno illum el
opera ad Reg
de Nonacrid
ni suscipi pos
sum: quod u
reiciunt: ea q;
in locis calidis
offensæ signifi
prædicāt etiam
in Euphratem
migrasset: prob
gno gemitu illu
lis fuisse creden
tiam expertus
summo pontifi
reo quæ pende

tana deinceps eo profecto Hephæstio in febrem incidit: ex qua ob intemperantiam uictus inualecente mortē obiit. Id quod Alexander nulla rōnis modestia seruata molestissime tulit. medicum cruce affecit: equos mulosq; tonderi: mœnium pinnas in urbibus deici: diu tibicines reliquos uel muscos nihil in castris canere imperauit. CVM uero Babylona iter suscepisset: Nearchus: qui ex Oceano in Euphratem cum classe reuerterat: ei occurrit. secum is dixit fuisse Chaldaeos: q; Alexander uti Babylone abstineret consulebāt. nihil fecit uerba ea Rex: pergensq; cum iam mœnibus appropinquaret: corui in eius cōspectu diutius inter se cōtendētes mortui ceciderūt. Renūciatum est ei sacra de Regis incolumitate ab Apollodoro Duce Babylonis fuisse facta. Igitur uatem: qui sacrificium illud curauerat: Pythagoram nomine interrogauit quonā modo ea res se habuisset: cum ille iecur fibris mutilatum apparuisse diceret: papæ inquit signum hoc malum est: atq; ipsum uatem absq; offensa aliqua dimisit. Verum & alia euenerūt prodigia: ueluti hoc fuit. Exuerat sese ut pila atq; unctione uteret: adolescētes peracto ludo cū uestes uellet induere: conspiciūt in Regis solio sedentem hoīem: qui nihil loquebatur: uestemq; regiam ac diadema sibi induxerat. quæsitus qui nam esset: ad multum temporis uocem nullam edidit: tandem uixq; Dionysium se appellari respondit: gente esse mæstienium: cumq; uinctus ob delationem quādam adductus fuerit: Serapim eum a uinculis liberaffe: & eo adductum: uti uestem diademaq; adsumeret: ac tacitus sederet: iussisse. Virum hunc Alexander ex uatum consilio interim fecit: fractusq; inde animo timore ac mentis perturbatione nunquam liber erat adeo: ut nihil non portentum ei esse uideretur. Lotus autem cum ad Medium comessandi causa se contulisset: ibiq; noctem ac totum sequentem diem duxisset: febris est correptus & sitiens multum uini ebibit: sic mente alienatus deinde & mortuus est. Vna hæc est opinio: de eius obitu. Altera traditum est plures dies eum febricitātem balneo usum: hincq; adeo morbum inualuisse ut absq; uoca cubuerit: tunc Macedonas ueluti defuncto Rege tumultum fecisse: inelamatisq; ducibus fecisse: uti hostia aperirentur: itaq; iacentem in lectulo Alexandrum ab eis conspectum esse: qui postea diem suum obierit. Non desunt & qui dicant: elapso tempore aliquanto rumoribus uulgatum: ueneno illum esse interemptum: eiusq; facti Aristotelem Antipatro autorem fuisse: cuius opera ad Regem res mortifera sit delata: aqua scilicet frigore nimio prægelida: quam de Nonacridis saxo quodam fluere aiūt: tenuissimiq; roris instar ungula duntaxat asini suscipi posse: quodcunq; n. uas aliud ob acerrimum uim frigoris discipi. Id ipsum: quod ueneno Alexander extinctus fuerit: maior pars scriptorum uti fictum reiciunt: eaq; ducuntur coniectura: quod cadauer nulla adhibita cura dies complures in locis calidis positū: cū seditiones inter Duces fuissent obortæ: non aliquā tamē eius offensæ significationē dederit: Sed incolume & tāquam recens a morte uisum fuerit. prædicāt etiam Regem: cum omnem uiuendi spem abieciisset: uoluisse clanculum se in Euphratem demergere: ut eam de se reliqueret opinionē: ueluti ab hac uita ad deos migrasset: prohibitum autem ne id faceret fuisse a Rhoxane persentiente: cui cū magno gemitu illud ab eo exprobratum sit. Mihi o mulier diuinitatis famam: ne mortalis fuisse crederet: inuidisti. Ad hunc modum Alexander summam fortunæ indulgentiam expertus decessit. SED enim cum in Tyri oppugnatione occupatus esset: a summo pontifice Iudæorum auxilia & commeatus per epistolam rogauit: ac Dareo quæ pendebantur stipendia poposcit. Illi se Dareo obstrictum esse iureiurando

Prodigiū.

Opiniones
de Alexan.
obitu.Aqua No-
nacridis.

VITA

Ioad.


Alex an. Iu
dæorum
pont. uen
turus.

Danielis li
bet.

quod nunquam uiuente Rege eo uiolaturus esset: respondenti Alexander multū suc
censuit: minatusq; est in Iudæam cum omnibus copiis se uenturum. Capta igitur Ty
ro uersus Hierosolimā mouit castra. Tunc Pontifex Ioad Regis iram ueritus Deum:
ut genti suæ præsidio esset: orauit: qui interdormiendum ei consuluit: bono esset ani
mo: populus urbe adornata portas patefaceret: ipse & sacerdotes uestimentis consue
tis induti: reliqua hominum turba amictu albo uestita: Regi obuiam prodirent. fecit
quod monitus fuerat. Iamq; Alexandro propius urbem accedente: exiuit pontif.
cum sacerdotibus & populo in locum: unde urbs ac templum conspici poterat.
Existimabant comites Regis permissurum eum urbis direptionem: deq; sum
mo pontif. supplicium sumpturum. Cæterum Alexander postquam populum ac sa
cerdotes cum apparatu: quem diximus: pontificemq; hyacinthina ueste: cui aurum in
tertextum indutum: ac Cydarim in capite gestantem: ubi in laminula Dei nomen in
scriptum legebatur: e longinquo uidit: progressus solus supplex pont. salutauit. Ma
gna inde Macedonas omnes admiratio incessit. Parmenioni interroganti: quam ob
causam Iudæorum pon. adorasset: respōdit Alexander: se non illū: sed Deum ipsum:
cuius pontificatum gereret: adorasse: eius autem uenerandi hominis speciē se in som
nis uidisse: cum adhuc prope Macedoniam esset: eiusmodi habitu adornatam: quæ
Asiæ imperio quam uia potiri posset cogitantem se: ne ueretur: cōfirmauerit: atq;
expeditionis tantæ ducem fore: persarumq; Regnum traditurum sese pollicita sit. cū
itaq; alium nullum hactenus in eo habitu conspexisset: q̄ istum: ueteris formæ: quæ in
somnia apparuerit: se reminisci: & reputare Dei auxilio bellum conficere: in quo Da
reo superato Persarum Imperium habiturus esset. His dictis humane excipies pont.
cum eo in urbem & deinceps in templum intrauit: Vbi pont. præeunte sacrum fecit.
Inspectoq; Danielis libro id in eo scriptum reperit. græcum quēdam Persarum impe
rio finem allaturum. propterea gaudio affectus: quæcūq; ab se petebantur: Iudæis li
beraliter concessit.

F I N I S.

ander multū suc
Capta igitur Ty
m ueritus Deum:
: bono esset ani
stimentis consue
prodirent. fecit
te exiuit pontif.
onspici poterat
em: deq; sum
n populum ac sa
est: cui aurum in
la Dei nomen in
nt, salutauit. Ma
oganti: quam ob
ed Deum ipsum:
s specie se in som
adornatam: quæ
firmauerit: atq;
se pollicita sit, cū
is formæ: quæ in
cere: in quo Da
ne excipies pont.
te sacrum fecit,
Persarum impe
tur: ludæis li



Handwritten text in a cursive script, likely from a 17th or 18th-century manuscript. The text is arranged in several lines, though the ink is faded and the paper is aged. The script appears to be a form of early modern English or a related European language.

Handwritten text in a cursive script, continuing from the previous section. The text is arranged in several lines, though the ink is faded and the paper is aged.

Handwritten text in a cursive script, likely a concluding section or a signature block. The text is arranged in several lines, though the ink is faded and the paper is aged.

